

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM  
LIBER QUADRAGESIMUSTERTIUS.

DIGESTE OU PANDECTES,  
LIVRE QUARANTE-TROISIÈME.

TITRE PREMIER.  
DES INTERDITS OU DES ACTIONS  
EXTRAORDINAIRES

Auxquelles ils donnent lieu.

1. *Ulpian au liv. 67 sur l'Edit.*

**E**XAMINONS en quelle matière les interdits ont lieu. Il faut savoir en général que les interdits ont lieu en matière de droit divin et en matière profane. En matière de droit divin, comme lorsqu'il s'agit de lieux consacrés, ou de lieux religieux. Les interdits ont lieu en matière profane, ou lorsqu'il s'agit de choses qui appartiennent à quelqu'un, ou lorsqu'il s'agit de choses qui n'appartiennent à personne. Les personnes libres sont du nombre des choses qui n'appartiennent à personne. Il y a des interdits pour se les faire représenter, et pour être autorisé à les conduire chez soi. Les choses qui appartiennent à quelqu'un appartiennent au public ou à des particuliers. Les choses publiques sont les lieux publics, les grands chemins, les rivières. Les choses qui appartiennent à des particuliers ou composent une universalité de choses et donnent lieu à l'interdit *quorum bonorum*, ou sont des choses singulières à raison desquelles on a recours aux interdits *uti possidetis*, ou de *itinere actuque*.

1. Il y a trois sortes d'interdits, les exhibitoires, les prohibitoires et les restitutoires. Il y a cependant certains interdits qui sont mixtes et qui participent des exhibitoires et des prohibitoires.

2. Il y a des interdits qui se rapportent au temps présent, d'autres qui se rapportent au temps passé. L'interdit *uti possidetis* est de la première espèce; les interdits de *iti-*

TITULUS PRIMUS.  
DE INTERDICTIS,  
(SIVE EXTRAORDINARIIS

Actionibus quæ pro his competunt).

1. *Ulpianus lib. 67 ad Edictum.*

**V**IDEAMUS, de quibus rebus interdicta competunt. Et sciendum est, interdicta aut de divinis rebus, aut de humanis competere. Divinis, ut de locis sacris, vel de locis religiosis. De rebus hominum interdicta redduntur, aut de his quæ sunt alicujus, aut de his quæ nullius sunt. Quæ sunt nullius, hæc sunt: liberæ personæ, de quibus exhibendis, ducendis interdicta competunt. Quæ sunt alicujus, hæc sunt aut publica, aut singulorum. Publica, de locis publicis, de viis, deque fluminibus publicis. Quæ autem singulorum sunt, aut ad universitatem pertinent, ut interdictum quorum bonorum, aut ad singulas res, ut est interdictum uti possidetis, de itinere actuque.

Divisio prima  
à materia.

§. 1. Interdictorum autem tres species sunt, exhibitoria, prohibitoria, restitutoria. Sunt tamen quædam interdicta et mixta, quæ et prohibitoria sunt, et exhibitoria.

Secunda, ab  
effectu. Tertia, à  
tempore, ad quod  
referuntur.

§. 2. Interdictorum quædam in præsens, quædam in præteritum referuntur. In præsens, ut uti possidetis: in præteritum, ut de itinere actuque, de aqua

æstiva.

Utrum interdicia sint in rem, an in personam.

§. 3. Interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt.

Divisio quarta à tempore, quo competunt.

§. 4. Interdictorum quædam annalia sunt, quædam perpetua.

2. *Paulus lib. 65 ad Edictum.*

Divisio quinta ab actore et reo.

Interdictorum quædam duplicia sunt, quædam simplicia. Duplicia dicuntur, ut *uti possidetis*. Simplicia sunt ea, veluti exhibitoria et restitutoria, item prohibitoria *de arboribus cædendis, et de itinere actuque*.

Sexta.

§. 1. Interdicta autem competunt, vel hominum causa, vel divini juris, aut de religione: sicut est, *ne quid in loco sacro fiat: vel quod factum est, restituatur, et de mortuo inferendo, vel sepulchro ædificando*. Hominum causa competunt, vel ad publicam utilitatem pertinentia, vel sui juris tuendi causa, vel officii tuendi causa, vel rei familiaris. Publicæ utilitatis causa competit interdictum, *Ut via publica uti liceat, et flumine publico: et ne quid fiat in via publica*. Juris sui tuendi causa, *de liberis exhibendis, item de liberto exhibendo*. Officii causa, *de homine libero exhibendo*. Reliqua interdicta rei familiaris causa dantur.

Septima.

§. 2. Quædam interdicta rei persecutionem continent: veluti *de itinere actuque privato*: nam proprietatis causam continet hoc interdictum. Sed et illa interdicta quæ de locis sacris et de religiosis proponuntur, veluti proprietatis causam continent. Idem illa de liberis exhibendis, quæ juris tuendi causa diximus competere: ut non sit mirum, si quæ interdicta ad rem familiarem pertinent, proprietatis, non possessionis causam habeant.

*neræ actuque, de aqua æstiva*, sont de la seconde.

3. Tous interdits sont personnels dans leurs effets, quoique la formule dans laquelle ils sont conçus soit réelle.

4. Il y a des interdits qui ne durent qu'un an, et d'autres qui sont perpétuels.

2. *Paul au liv. 65 sur l'Edit.*

Il y a des interdits doubles et il y en a de simples. L'interdit *uti possidetis* est un exemple des interdits doubles. Les interdits simples sont les exhibitoires et les restitutoires; il y a aussi des interdits prohibitoires qui sont simples, comme les interdits *de arboribus cædendis, et de itinere actuque*.

1. Les interdits ont lieu ou en faveur des personnes, ou pour maintenir le droit divin et les lieux religieux: par exemple l'interdit qui défend de faire aucune entreprise dans un lieu sacré, celui qui ordonne qu'on remette les choses en leur premier état. L'interdit qui concerne les sépultures et les tombeaux. Les interdits établis en faveur des personnes ont pour objet ou l'utilité publique ou la conservation des droits, des devoirs, des biens des particuliers. On a établi pour l'utilité publique un interdit qui porte qu'on pourra se servir librement des chemins ou des rivières publics, et qu'on ne pourra faire aucun ouvrage dans un chemin public. Les interdits par lesquels on se fait représenter un homme libre ou un affranchi appartiennent à la conservation des droits des particuliers. Celui qui tend à faire représenter un homme libre intéresse le devoir; les autres regardent la conservation des biens.

2. Il y a des interdits qui contiennent la poursuite d'une chose: tel est l'interdit *de itinere actuque privato*, dans lequel la cause de la propriété se trouve intéressée. Les interdits en matière de lieux sacrés ou religieux contiennent aussi une espèce de propriété. Il en est de même de l'interdit qui a pour objet de faire représenter un homme libre, que nous avons dit appartenir à la conservation des droits; en sorte qu'on ne doit pas s'étonner que les interdits qui ont pour objet la conservation des biens renferment la cause de la propriété et non celle de la possession.

3. A l'égard des interdits qui ont pour objet la conservation des biens des particuliers, ils sont établis pour acquérir, pour recouvrer, ou pour retenir par leur moyen la possession. Les interdits pour acquérir la possession sont ceux qui appartiennent à des particuliers qui n'ont point encore acquis cette possession : tel est l'interdit *quorum bonorum*. On peut mettre dans la même classe l'interdit Salvien, qui a lieu en matière de gage, et l'interdit conçu en ces termes : Je défends qu'on empêche par violence un acquéreur d'user du droit dont a joui son vendeur. Les interdits pour recouvrer la possession sont rapportés dans le titre *unde vi*, car il y a dans ce titre quelques interdits. Les interdits *uti possidetis* ont pour objet de maintenir dans la possession. Il y a aussi, comme nous avons dit, des interdits doubles tant pour acquérir que pour recouvrer la possession.

3. *Ulpianus lib. 69 sur l'Edit.*

En matière d'interdits, on n'a égard pour la restitution des fruits, qu'au temps où les interdits ont été obtenus, et non au temps antérieur.

4. *Paul au liv. 67 sur l'Edit.*

Dans les cas où les interdits ne durent qu'une année, on peut, suivant Sabin, agir même après l'année, à raison de ce dont l'adversaire a profité.

5. *Le même au liv. 13 sur Sabin.*

L'interdit noxal est celui qui a lieu pour un délit commis par ceux qui sont sous notre puissance : par exemple s'ils ont dépossédé quelqu'un par violence, ou s'ils ont fait violemment ou clandestinement un nouvel œuvre. Mais il est du devoir du juge d'absoudre le maître s'il remet les choses en état à ses dépens, ou s'il permet qu'elles soient rétablies, en abandonnant l'esclave pour tenir lieu des dommages. S'il n'abandonne point son esclave, le juge le condamnera en des dommages équivalens à la dépense qui aura été faite pour démolir le nouvel œuvre ; s'il ne veut pas le démolir lui-même ni souffrir qu'on le démolisse, le juge le condamnera en telle somme qu'il arbitrera, à comme si le nouvel œuvre avoit été fait par lui-même et non par son esclave.

Tome VI.

§. 3. Hæc autem interdicta quæ ad rem familiarem spectant, aut apiscendæ sunt possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ. Apiscendæ possessionis sunt interdicta, quæ competunt his qui antè non sunt nacti possessionem : sunt autem interdicta apiscendæ possessionis, *quorum bonorum*. Salvianum quoque interdictum, quod est de pignoribus, ex hoc genere est : et *quo itinere venditoris usus est, quominus emptor utatur, vim fieri veto*. Recuperandæ possessionis causa proponuntur sub rubrica, *unde vi* : aliqua enim sub hoc titulo interdicta sunt. Retinendæ possessionis sunt interdicta, *uti possidetis*. Sunt interdicta, ut diximus duplicia, tam recuperandæ, quàm apiscendæ possessionis.

Et octava (quæ est subdivisio membri positi in sexta divisione) à fine.

3. *Ulpianus lib. 69 ad Edictum.*

In interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retrò.

De fructibus.

4. *Paulus lib. 67 ad Edictum.*

Ex quibus causis annua interdicta sunt, ex his de eo quod ad eum, cum quo agitur, pervenit, post annum judicium dandum, Sabinus respondit.

De interdictis annuis.

5. *Idem lib. 13 ad Sabinum.*

Interdicta noxalia ea sunt, quæ ob delictum eorum quos in potestate habemus, dantur : veluti cum vi dejecerunt, aut vi aut clam opus fecerunt. Sed officio judicis continetur, ut dominum sua impensa opus restituentem absolvat, patientiam tollendo operi præstantem, noxæ dedere jubeat, et absolvat. Si non dedat, quantum impensæ in tollendo opere erogatum sit, tanti condemnet : si neque patientiam præstet, neque ipse tollat, cum possit, in tantum condemnet, in quantum judex æstimaverit, atque si ipse fecisset.

De interdictis noxalibus.

## TITULUS II.

## QUORUM BONORUM.

1. *Ulpianus lib. 67 ad Edictum.*

Interdictum.

**A**IT prætor : *Quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est, quod de his bonis pro herede, aut pro possessore possides, possideresve, si nihil usucaptum esset, quod quidem dolo malo fecisti, uti desineres possidere, id illi restituas.*

De effectu, materia, nomine, sine hujus interdicti.

§. 1. Hoc interdictum restitutorium est, et ad universitatem bonorum, non ad singulas res pertinet : et appellatur, *Quorum bonorum*, et est apiscendæ possessionis universorum bonorum.

2. *Paulus lib. 20 ad Edictum.*

Qui tenentur hoc interdicto.

Interdicto *quorum bonorum* debitores hereditarii non tenentur : sed tantum corporum possessores.

## TITULUS III.

## QUOD LEGATORUM.

1. *Ulpianus lib. 67 ad Edictum.*

Nomen.

**H**OC interdictum vulgò *quod legatorum* appellatur.

Finis.

§. 1. Est autem et ipsum apiscendæ possessionis.

Causa, effectus.

§. 2. Et continet hanc causam, *ut quod quis legatorum nomine non ex voluntate heredis occupavit, id restituat heredi.* Etenim æquissimum prætori visum est, unumquemque non sibi ipsum jus dicere occupatis legalis, sed ab herede petere. Redigit igitur ad heredes per hoc interdictum ea quæ legatorum nomine possidentur : ut perinde legatarii possint eum convenire.

De successibus

§. 3. Hoc interdictum et heredem heredis, bonorumque possessoris habere

## TITRE II.

DE L'INTERDIT *QUORUM BONORUM.*1. *Ulpien au liv. 67 sur l'Edit.*

**L**E préteur s'exprime ainsi : « Lorsque j'aurai accordé à quelqu'un par mon édit le droit de prendre une succession, vous lui rendrez tout ce que vous posséderez des biens de cette succession, soit que vous les teniez à titre d'héritier ou de possesseur ; vous lui rendrez encore tout ce que vous posséderiez de ces biens, s'il n'y en avoit pas quelques-uns de prescrits, ou si ce n'étoit pas par votre mauvaise foi que vous avez cessé de les posséder. »

1. Cet interdit est restitutoire ; il a pour objet une universalité de biens et non certaines choses en particulier. On l'appelle *quorum bonorum*, et il a pour but de faire acquérir la possession d'une universalité de biens.

2. *Paul au liv. 20 sur l'Edit.*

L'interdit *quorum bonorum* n'a lieu contre les débiteurs de la succession, qu'autant qu'ils sont détenteurs de quelques effets.

## TITRE III.

DE L'INTERDIT *QUOD LEGATORUM.*1. *Ulpien au liv. 67 sur l'Edit.*

**L'**INTERDIT dont il s'agit ici s'appelle communément *quod legatorum*.

1. Il a aussi pour but de faire acquérir la possession.

2. Son objet est de faire rendre à l'héritier tout ce qu'on a pris dans une succession à titre de legs sans son consentement. Car le préteur a trouvé très-juste qu'il ne fût pas permis à un particulier de se faire justice à lui-même en s'emparant d'un legs de sa propre autorité, et il a voulu qu'il en demandât la délivrance à l'héritier. Ainsi le préteur remet par cet interdit dans les mains de l'héritier, ce qui est possédé par d'autres à titre de legs ; en sorte que les légataires peuvent actionner l'héritier comme s'ils n'avoient pas pris leurs legs.

3. L'utilité de cet édit est si grande qu'il faut l'étendre à l'héritier de l'héritier civil.

ou prétorien et aux autres successeurs.

4. Mais, comme il y a quelquefois lieu de douter si quelqu'un possède à titre de légataire, ou à titre d'héritier, ou à titre de possesseur, Arrien écrit avec beaucoup de raison qu'il faut commencer par régler l'instance en demande d'hérédité, afin de faire valoir cet interdit contre le possesseur des effets de la succession, soit qu'il possède à titre d'héritier, de possesseur ou de légataire. C'est ce qu'on est dans l'usage de faire quand on est incertain laquelle de deux actions sera intentée valablement. Car on les propose toutes les deux en protestant qu'on entend parvenir par l'une ou l'autre à avoir l'objet de sa demande.

5. Si quelqu'un possède à titre de donation à cause de mort, cet interdit n'aura pas lieu contre lui; parce que la portion attribuée à l'héritier par la loi Falcidia lui reste de plein droit, quoique les effets donnés aient été délivrés réellement en entier.

6. L'héritier à qui on a laissé un legs par préciput, et qui s'en est emparé de sa propre autorité, est sujet à cet interdit, mais seulement pour la portion qu'il prend dans la chose à titre de legs, et non pour celle qui lui appartient comme héritier. Il en sera de même d'un legs fait à un héritier d'une autre manière que par préciput: car on doit dire que l'interdit n'a pas lieu à l'égard de la portion de la chose léguée qui lui appartient en qualité d'héritier.

7. Ces paroles du préteur, s'il a cessé par mauvaise foi de posséder, doivent s'entendre dans ce sens, s'il s'est mis hors d'état de pouvoir restituer.

8. C'est ce qui a donné lieu à la question suivante: On a légué à quelqu'un un droit d'usufruit ou d'usage; il s'en est emparé sans le consentement de l'héritier; l'interdit *quod legatorum* a-t-il lieu contre lui pour le lui faire rendre? La difficulté est que l'usufruit et l'usage ne sont pas susceptibles d'une véritable possession, mais d'une simple détention; cependant on peut dire que l'interdit aura lieu contre lui. Il faut dire la même chose dans le cas du legs d'une servitude.

9. On a demandé si un légataire envoyé par le préteur en possession des biens d'une succession pour s'assurer le paiement

propter utilitatem hujus dicendum est: necnon cæteros quoque successores.

§. 4. Quia autem nonnunquam incertum est utrum quis pro legato, an pro herede, vel pro possessore possideat: bellissimè Arrianus scribit hereditatis petitionem instituendam, et hoc interdictum reddendum, ut sive quis pro herede, vel pro possessore, sive pro legato possideat, hoc interdicto teneatur: quemadmodum solemus facere, quotiens incertum est, quæ potius actio teneat. Nam duas dictamus, protestati, ex altera nos velle consequi, quod nos contingit.

De cumulatione petitionis hereditatis, et hujus interdicti.

§. 5. Si quis ex mortis causa donatione possideat, utique cessabit interdictum: quia portio legis Falcidiæ apud heredem ipso jure remanet, etsi corporaliter res insolidum translatae sunt.

De mortis causa donatione.

§. 6. Qui verò ex causa præceptionis, utique tenetur hoc interdicto: sed pro ea scilicet parte quam jure legati habet, non etiam pro ea quam quasi heres habet. Idemque erit dicendum, et si alio genere legati uni ex heredibus legatum sit: nam et hic dicendum est pro ea parte qua heres est, cessare interdictum.

De legato heredi

§. 7. Quod ait prætor, *Aut dolo desiiit possidere*, sic accipere debemus, desiiit facultatem habere restituendi.

De eo qui dolo desiiit possidere.

§. 8. Unde est quæsitum, si ususfructus, vel usus fuerit alicui relictus, eumque occupaverit, an hoc interdicto restituere sit compellendus? Movet quòd neque ususfructus, neque usus possidetur, sed magis tenetur: potest tamen defendi competere interdictum. Idem dicendum est et in servitute relicta.

De usufructu, usu, servitute.

§. 9. Quæsitum est, si quis legatorum servandorum causa missus sit in possessionem, an hoc interdicto teneatur ad res-

De misso in possessionem legatorum servandorum causa.

litionem? Movet illud primum, quod non possidet is qui missus est in possessionem legatorum causa, sed potius custodit: deinde quod prætorum habet hujus rei auctorem. Tullius tamen erit dicendum, hoc interdictum competere: maximè si satisdatum sit jam legatorum nomine, nec recedat: tunc enim etiam possidere videtur.

De ipso legatario, et ejus successoribus.

§. 10. Legatorum nomine non tantum ipsum possidere dicemus, cui legatum est, verum heredem quoque ejus, cæterosque successores.

De voluntate ejus, ad quem res pertinet.

§. 11. Quod ait prætor, *Voluntate ejus, ad quem ea res pertinet*, ita erit interpretandum, ut si post aditam hereditatem, vel honorum possessionem agnitam, voluntas accommodata est legatario, ut consideret, interdictum cesset: quod si ante aditam hereditatem, honorumve possessionem agnitam hoc factum est, rectius dicetur eam voluntatem non nocere debere.

§. 12. Si duæ res legatæ sint, altera ex voluntate occupata, altera non ex voluntate, eveniet ut altera revocari possit, altera non. Idemque erit probandum et in una re, cujus pars ex voluntate, altera pars non ex voluntate occupata est: nam pars sola per interdictum auferetur.

De ipso legatario, et eo qui in illius locum successit.

§. 13. Illud tenendum, sive à te, sive ab eo in cujus locum successisti, possideri aliquid cœptum est, interdicto hoc locum fore. In locum successisse accipimus, sive per universitatem, sive in rem his sit successum.

De voluntate ejus, ad quem res pertinet.

§. 14. Prodest autem possedissee, quoniam voluntate ejus, ad quem ea res pertinet, possideri cœptum est. Sed etsi postea voluntas accessit ejus ad quem ea res pertinebat, tamen prodesse possessori debere. Unde si quis cœpit quidem ex voluntate ejus ad quem ea res pertinet, possidere: postea verò voluntas non perseverat, nihil noceat: quia semel possideri cœpit ex voluntate.

§. 15. Si alter ex heredibus, sive ad quos ea res pertinet, voluerit rem à lega-

de son legs, étoit tenu par cet interdit à rendre? La difficulté consiste en ce que ce légataire n'est point possesseur, mais seulement gardien, et c'est le préteur lui-même qui l'a autorisé. Il est cependant plus sûr de dire que l'interdit auroit lieu en ce cas, sur-tout s'il a déjà reçu caution pour la sûreté de son legs, et qu'il ne veuille pas se retirer: car alors il est censé possesseur.

10. On regarde comme possesseur en matière d'interdit *quod legatorum*, non-seulement le légataire lui-même, mais son héritier ou autres successeurs.

11. Quand le préteur dit, sans la volonté de celui à qui il appartiendra, cela doit s'entendre de manière que si l'héritier civil ou prétorien a donné son consentement après avoir pris la succession, l'interdit n'a plus lieu; mais s'il avoit donné son consentement avant, cela ne lui ôteroit pas la faculté de se servir de l'interdit.

12. Si de deux effets légués, le légataire en a pris un du consentement de l'héritier et un autre sans son consentement, il arrivera que l'héritier pourra s'en faire rendre un et non pas l'autre. Il faudra dire la même chose s'il ne s'agit que d'une seule chose léguée dont le légataire aura pris une partie du consentement de l'héritier, et l'autre sans son consentement: car l'interdit ne lui en fera rendre qu'une partie.

13. Il faut observer que l'interdit a lieu lorsque la chose a commencé à être possédée ou par le défendeur, ou par celui auquel le défendeur a succédé. On dit que quelqu'un a succédé à un autre quand il tient sa place soit à titre universel, soit à titre singulier.

14. La possession est toujours utile quand elle a commencé du consentement de la partie intéressée. Si le consentement de la partie intéressée ne vient qu'après, il ne laisse pas de servir au possesseur. Ainsi, si quelqu'un commence à posséder du consentement de l'héritier, le défaut de persévérance de cette volonté de l'héritier ne nuit pas au possesseur, parce qu'il est vrai que la possession a commencé une fois du consentement de l'héritier.

15. Si de deux héritiers ou de deux intéressés l'un consent à la possession, et l'autre

n'y consent pas, il est clair qu'il n'y aura que celui qui n'aura pas consenti qui pourra se servir de l'interdit.

16. Quand le prêteur dit, à moins que le légataire n'ait reçu caution, cela s'entend si la caution persévère : car si elle cesse, le légataire sera envoyé en possession des biens de la succession pour la sûreté de son legs.

17. Je pense que le légataire est censé avoir reçu caution, soit qu'elle lui soit acquise directement, ou par le ministère d'un fondé de procuration; et alors l'interdit aura lieu.

18. Si on a donné caution pour certaines choses et non pour d'autres, l'interdit aura lieu pour faire rendre les premières, et non pour les autres.

### 2. Paul au liv. 63 sur l'Edit.

Il n'en seroit pas de même si la chose léguée avoit reçu depuis des accroissemens, parce qu'en ce cas les répondans donnés par l'héritier seroient obligés pour le tout.

1. Le prêteur dit : S'il ne tient pas à l'héritier prétorien de donner caution, c'est-à-dire s'il est prêt à la donner. Ainsi ce n'est pas à lui à offrir la caution, il suffit qu'il ne la refuse pas au légataire s'il la demande.

2. L'effet de cet interdit est de faire condamner aux intérêts celui qui refuse de restituer.

3. Si le légataire, au lieu d'une caution, s'est contenté d'une simple promesse, l'interdit aura lieu. Il en sera de même si le légataire a refusé des gages.

4. Le légataire est soumis à l'interdit, lorsqu'il n'a pas donné caution, si c'est lui qui a porté obstacle à ce qu'elle fût donnée. Cependant, si après avoir porté cet obstacle, il est prêt à donner la caution au moment où on obtient l'interdit, cet interdit n'aura pas lieu, à moins que la caution ne soit donnée. De même si l'héritier prétorien a refusé de donner caution, mais qu'après il soit prêt à la donner, l'interdit aura lieu; car on considère le temps où l'interdit est signifié.

tario possideri, alter non : ei qui noluit, interdictum competet, ei qui voluit, non competere palam est.

§. 16. Quod ait prætor, *Nisi satisdatum sit*, accipere debemus, si perseveret satisdatum : scilicet, ut si non perseveret cautum, mittatur in possessionem legatorum servandorum causa.

De satisfactions.

§. 17. Satisdatum sic arbitror, si sic satisdatum sit, ut legatario vel ipso jure acquisita sit idonea cautio, vel per mandati actionem adquiri possit : et tunc interdictio locum fore.

§. 18. Si quarundam rerum nomine satisdatum sit, quarundam non sit satisdatum, earum rerum nomine sine impedimento agi poterit, de quibus satisdatum est, cæterarum non poterit.

### 2. Paulus lib. 63 ad Edictum.

Diversum est, si postea pars legato adcreverit : nam hoc nomine tenentur fidejussores in totum.

§. 1. Quot ait prætor, *Si per bonorum possessorem non stat, ut satisdetur*, sic accipimus, si paratus sit satisfacere. Non ergo offerre debet satisfactionem, sed petenti satis moram non facere.

§. 2. Ex hoc interdicto, qui non restituit, in id quod interest, debet condemnari.

De eo qui non restituit, condemnando.

§. 3. Si legatarius repromissione retentus fuit, dandum est interdictum. Idem dicendum est, si legatarius pignoribus noluit sibi caveri.

De cautione.

§. 4. Si per legatarium factum sit, quò minus satisdetur, licet cautum non sit, tenetur interdicto. Sed si fortè factum sit per legatarium, quominus satisdetur, eo autem tempore quo editur interdictum, satis accipere paratus sit : non competit interdictum, nisi satisdatum sit. Item si per bonorum possessorem stetit, quominus satisfaceret, sed modò paratus est cavere, tenet interdictum. Illud enim tempus inspicitur, quo interdictum editur.

TITULUS IV.  
NE VIS FIAT EI,  
QUI

In possessionem missus erit.

1. *Ulpianus lib. 72 ad Edictum.*

Interdictum.

**A**IT prætor : *Si quis dolo malo fecerit, quominus quis permissu meo, ejusve cujus ea jurisdictio fuit, in possessionem bonorum sit, in eum in factum judicium quanti ea res fuit, ob quam in possessionem missus erit, dabo.*

Ratio interdicti.

§. 1. Hoc interdictum summa providentia prætor proposuit : frustra enim in possessionem mitteret rei servandæ causa, nisi missos tueretur, et prohibentes venire in possessionem coerceret.

De omnibus in possessionem missis.

§. 2. Est autem generale hoc edictum : pertinet enim ad omnes qui in possessionem à prælore missi sunt : convenit enim prætori, omnes quos ipse in possessionem misit, tueri. Sed sive rei servandæ causa, sive legatorum, aut ventris nomine in possessionem missi fuerint, habent ex hoc edicto in factum actionem, sive dominas sive alter prohibuerint.

De eo qui ingredi prohibuit, aut ingressum expulit. De vi.

§. 3. Hæc actio non tantum eum tenet, qui prohibuit quem venire in possessionem, sed etiam eum qui possessione pulsus est, cum venisset in possessionem. Nec exigitur ut vi fecerit qui prohibuit.

De errore.

§. 4. Si quis idem possessione arcuerit, quia rem suam putabat, vel sibi nexam, vel certè non esse debitoris, consequens est ut hoc edicto non teneatur.

De eo quod interest.

§. 5. Hæc verba, *Quanti ea res erit, ob quam in possessionem missus erit, con-*

TITRE IV.

DE L'INTERDIT QUI DÉFEND

DE FAIRE VIOLENCE

A celui qui est envoyé en possession des biens.

1. *Ulpien au liv. 72 sur l'Edit.*

**L**E préteur s'exprime ainsi : « Je donnerai une action expositive du fait pour faire condamner au paiement de la somme pour laquelle quelqu'un aura été envoyé en possession des biens d'un particulier par mon ordonnance ou celle d'un juge compétent, contre celui qui, par mauvaise foi, l'aura empêché d'entrer en possession.»

1. C'est avec une très-grande prudence que le préteur a proposé cet interdit ; car inutilement enverroit-il quelqu'un en possession des biens pour la sûreté de ses droits, s'il ne protégeoit ceux qu'il envoie, et s'il ne réprimoit ceux qui les empêchent d'entrer en possession.

2. Cet interdit est général ; il s'étend à tous ceux que le préteur envoie en possession : car il est juste que le préteur soufienne tous ceux qu'il envoie lui-même en possession. L'action expositive du fait qui descend de cet édit a lieu pour quelque cause qu'on soit envoyé en possession, soit pour conserver une chose, pour la sûreté du paiement d'un legs, ou pour conserver les droits d'un enfant qui n'est pas encore né, et soit que l'empêchement vienne du maître ou d'un autre.

3. Cette action a lieu non-seulement contre celui qui a empêché celui qui étoit envoyé en possession par le préteur, mais encore contre celui qui l'en a chassé après qu'il y étoit entré. Peu importe que l'empêchement ait été accompagné de violence, ou non.

4. Si quelqu'un empêche celui qui est envoyé par le préteur de prendre possession d'un effet, dans la croyance où il est que cet effet lui appartient, ou lui est spécialement engagé, ou en un mot n'appartient pas au débiteur, il ne sera pas soumis à la peine portée par cet édit.

5. Ces paroles, au montant de la somme pour laquelle quelqu'un a été envoyé en pos-

session, comprennent tous les intérêts du demandeur : en sorte que le défendeur doit être condamné envers lui à tout l'intérêt qu'il avoit qu'on ne l'empêchât pas d'entrer en possession. Ainsi, si le demandeur avoit été envoyé en possession pour une fausse créance, pour une demande sans fondement, ou contre laquelle il y avoit une fin de non-recevoir, il ne peut jouir du bénéfice de cet édit, parce qu'il n'y a eu aucune cause pour l'envoyer en possession.

6. Il est certain que la peine portée par cet édit ne peut être prononcée ni contre un pupille, ni contre un furieux ; parce qu'ils n'ont pas de volonté. Mais il faut entendre ici par pupille, celui qui n'est pas d'âge à pouvoir imaginer une fraude : car s'il est déjà capable de mauvaise foi, il faudra dire le contraire. Ainsi, dans le cas où la mauvaise foi viendrait de la part d'un tuteur qui seroit solvable, on donnera l'action contre le pupille. Julien écrit même qu'on peut intenter cette action contre le tuteur.

7. Si c'est un maître ou un père qui empêchent d'entrer en possession, on a action contre eux, comme s'ils s'étoient servis pour cela d'un ministère étranger.

8. On doit observer que cette action étant pénale, elle ne dure qu'un an, excepté dans le cas où quelqu'un seroit envoyé en possession pour la sûreté du paiement d'un legs. Elle n'a point lieu contre les héritiers et autres successeurs, si ce n'est à raison de ce dont ils ont profité. Mais elle est accordée aux héritiers et autres successeurs. Néanmoins, lorsque quelqu'un envoyé en possession pour la sûreté d'un legs ou d'un fidéicommissaire a été empêché d'entrer, l'action est perpétuelle, et a lieu contre les héritiers, parce qu'ils sont les maîtres d'éviter la condamnation en offrant de donner caution.

2. *Paul au liv. 59 sur l'Édit.*

Il importe peu que quelqu'un ait été empêché en son nom ou au nom d'autrui : car ces paroles, au montant de la somme, se rapportent à la personne du maître.

1. Cet interdit a également lieu contre celui qui empêche en son nom et celui qui empêche au nom d'autrui.

3. *Ulpian au liv. 68 sur l'Édit.*

Si celui qui est envoyé en possession pour

tinent utilitatem creditoris : ut quantum ejus interest possessionem habere, tantum ei qui prohibuit, condemnatur. Proinde si ob falsum creditum, vel ob falsam petitionem missus est in possessionem, vel si exceptione summoveri potuit, nihil ei debet prodesse hoc edictum : quia propter nullam causam in possessionem missus est.

§. 6. Hoc edicto neque pupillum, neque furiosum teneri constat : quia affectu carent. Sed pupillum eum debemus accipere, qui doli capax non est : cæterum si jam doli capax sit, contra erit dicendum. Ergo et si tutor dolo fecerit, in pupillum dabimus actionem : si modò solvendo sit tutor. Sed et ipsum tutorem posse conveniri Julianus scribit.

De pupillo, furioso, tutore.

§. 7. Si domini vel patris voluntate prohibitus quis sit à possessione, in ipsos dabitur actio, quasi per alios hoc fecerint.

De domino, vel patre prohibentis.

§. 8. Hanc actionem, excepta legatorum missione, intra annum competere, et non postea, sciendum est, cum sit pœnalis. Nec in heredes similesque personas dabitur, nisi in id quod ad eos pervenit. Sed heredi similibusque personis dabitur. Nam cum prohibitus quis est legatorum vel fideicommissorum causa possessionem adipisci, tunc actio et perpetua est, et in heredem dabitur : quia est in potestate successorum evitare interdictum satisfactione oblata.

De tempore hujus actionis. Quid persequatur. In successoribus.

2. *Paulus lib. 59 ad Edictum.*

Suo quis an alieno nomine prohibitus sit, nihil interest : hæc enim verba, *quantum ea res est*, referenda sunt ad personam domini.

De eo qui suo vel alieno nomine prohibitus est, vel prohibuit.

§. 1. Item tam is tenetur qui suo nomine, quam qui alieno nomine prohibuit.

3. *Ulpianus lib. 68 ad Edictum.*

Si quis missus fuerit in possessionem

De fideicommissis

misso. De bonis  
heredis.

fiducicommissi servandi causa, et non admittatur, potestate ejus inducendus est in possessionem, qui eum misit. Aut si quis volet uti interdicto, consequens erit dicere interdictum locum habere. Sed melius erit dicere extra ordinem ipsos jure suæ potestatis exequi oportere decretum suum, nonnunquam etiam per manum militarem.

§. 1. Constitutum est ab Antonino, ut etiam in bona heredis quis admittatur certis modis. Si quis igitur in his bonis non admittatur, dicendum est actionem hanc utilem competere. Cæterum poterit uti extraordinaria executione.

De ventre.

§. 2. Prætor ventrem in possessionem mittit. Et hoc interdictum prohibitorium et restitutorium est. Sed si mulier velit in factum actione uti, ad exemplum creditorum magis quàm interdicto, posse eam experiri sciendum est.

§. 3. Si mulier dicatur calumniæ causa in possessionem venisse, quod non sit prægnans, vel non ex eo prægnans, vel si de statu mulieris aliquid dicatur: ex epistola divi Hadriani, ad exemplum præsumptionis Carboniani edicti, ventri prætor pollicetur possessionem.

4. *Idem lib. 69 ad Edictum.*

De damno facto,

Per interdictum etiam ei subvenit prætor, qui damni infecti ab eo in possessionem missus est, ne ei vis fiat.

§. 1. Poena autem ejus qui non promittit, vel satis non dat, hæc est ut in possessionem mittatur adversarius. Sive ergo promittat, sive per eum non fiat quominus promittat, non tenebit interdictum, repulso per exceptionem eo qui experitur.

§. 2. Prætor in eum qui neque cavet, neque possidere passus est eum qui missus est, judicium pollicetur in tantum, quantum præstare eum oporteret, si de ea re cautum fuerat.

§. 3.

la sûreté d'un fiducicommiss n'est point admis, il doit être mis en possession par l'autorité de celui qui l'a envoyé. Si l'on veut se servir de l'interdit, il en a le droit. Mais il est plus convenable que le juge fasse exécuter extraordinairement son ordonnance en se servant du droit de sa place, et qu'il emploie même en certains cas la main armée.

1. L'empereur Antonin a décidé dans une constitution qu'on pouvoit en certains cas envoyer quelqu'un en possession des biens de l'héritier lui-même. Si celui qui est ainsi envoyé n'est point admis, il aura donc aussi cette action utilement. Il pourra même avoir recours à l'exécution extraordinaire.

2. Le préteur envoie en possession l'enfant qui n'est pas encore né. Cet interdit est prohibitoire et restitutoire. Mais il faut observer que si la mère, au lieu de recourir à l'interdit, veut se servir de l'action expositive du fait, à l'exemple des créanciers ordinaires, elle le peut faire.

3. Si on soutient que la femme est entrée calomnieusement en possession, ou parce qu'elle n'est pas enceinte, ou parce qu'elle n'est pas grosse des œuvres de celui dont il s'agit, ou si on conteste à cette femme son état, le préteur accorde la possession au posthume, conformément au rescrit de l'empereur Adrien, à l'exemple de ce qui est observé dans l'édit Carbonien.

4. *Le même au liv. 69 sur l'Edit.*

Cet interdit a lieu aussi en faveur de celui que le préteur envoie en possession de la maison de son voisin qui menace ruine, et qui refuse de donner caution; cet interdit empêche qu'on ne s'oppose par violence à son entrée.

1. La peine de celui qui ne donne pas de sûreté par promesse ou par caution est que son adversaire est envoyé en possession. Ainsi s'il promet une sûreté, ou qu'il ne tienne pas à lui de promettre, l'interdit cesse au moyen de l'exception qu'il oppose au demandeur.

2. Le préteur donne une action contre celui qui n'a point donné caution et qui n'a point voulu admettre celui qui étoit envoyé en possession, par l'effet de laquelle il doit être condamné à tout ce qu'il auroit dû fournir s'il eût donné caution.

3.

3. Le prêteur a encore proposé cette action pour un autre cas, savoir celui où dans le temps que quelqu'un désireroit être envoyé en possession on l'a empêché d'approcher du prêteur; en sorte que si pendant que l'obstacle a duré il a souffert quel que dommage, il aura à cet égard action.

4. Le prêteur ajoute qu'il donnera l'action expositive du fait à celui qui ayant été envoyé en possession pour toute autre cause, n'y aura point été admis.

TITRE V.

DE L'INTERDIT POUR SE FAIRE

REPRÉSENTER

Des pièces relatives à un testament.

1. *Ulpien au liv. 68 sur l'Edit.*

LE prêteur s'exprime ainsi : « Si vous avez en votre possession des pièces que Lucius-Titius a laissées concernant son testament, ou si vous avez par mauvaise foi cessé de les posséder, vous serez condamné à les lui représenter. Je comprendrai dans mon décret les papiers ou les autres choses qu'il aura laissés ».

1. Si on convient qu'on a le testament en sa possession, le juge doit ordonner qu'il soit représenté, et accorder un certain délai si on ne peut pas le représenter tout de suite. Mais si on nie qu'on puisse ou qu'on doive le représenter, il y a lieu à l'interdit.

2. Cet édit concerne non-seulement l'original du testament, mais encore tout ce qui est relatif au testament : par exemple il s'étend à un codicille.

3. Cet interdit a lieu, soit que le testament soit valable, soit qu'il ne le soit pas, ou parce qu'il est nul dans son principe, ou parce qu'il a été depuis rompu ou détectueux, ou même qu'on le soutiendrait faux, ou fait par un homme qui n'avoit pas le droit de tester.

4. Cet interdit a lieu également pour un premier testament comme pour un dernier.

5. Ainsi on doit dire que cet interdit s'étend à tout écrit parfait ou imparfait qui contient une disposition testamentaire.

§. 5. Sed et ex alia causa hoc iudicium proposuit, si eo tempore quo in possessionem mitti desiderabat, prætoris adeundi potestas non fuerit : scilicet ut si cum potestas prætoris adeundi non esset, damnum interim datum est, haberet iudicium qui damnum passus est.

§. 4. Item subjectum, si ex alia causa in possessionem missus prohibitus esse dicitur, habere in factum actionem.

Vel alia causa.

TITULUS V.

DE TABULIS EXHIBENDIS.

1. *Ulpianus lib. 68 ad Edictum.*

PRÆTOR ait : *Quas tabulas Lucius Titius ad causam testamenti sui pertinentes reliquisse dicitur, si hæc penes te sunt, aut dolo malo tuo factum est, ut desinerent esse, ita eas illi exhibeas. Item si libellus, aliudve quid relictum esse dicitur, decreto comprehendam.*

Interdictum.

§. 1. Si quis fortè confiteatur penes se esse testamentum, jubendus est exhibere : et tempus ei dandum est ut exhibeat, si non potest in præsentiarum exhibere. Sed si neget se exhibere posse, vel oportere : interdictum hoc competit.

De confitente, vel negante.

§. 2. Hoc interdictum pertinet non tantum ad testamenti tabulas, verum ad omnia quæ ad causam testamenti pertinent : utputà et ad codicillos pertinet.

De tabulis testamenti, vel aliis ultimæ voluntatis.

§. 3. Sive autem valet testamentum, sive non (vel quòd ab initio inutiliter factum est, sive ruptum sit, vel in quo alio vitio sit; sed etiam si falsum esse dicatur, vel ab eo factum, qui testamenti actionem non habuerit) : dicendum est interdictum valere.

De testamento, quod valet, vel non valet.

§. 4. Sive supremæ tabulæ sint, sive non sint, sed priores : dicendum interdictum hoc locum habere.

De supremis tabulis, vel prioribus.

§. 5. Itaque dicendum est, ad omnem omnino scripturam testamenti, sive perfectam, sive imperfectam, interdictum hoc pertinere.

De omni scriptura testamenti.

De pluribus  
tabulis.

§. 6. Proinde et si plures tabulæ sint testamenti, quia sæpius fecerat, dicendum est interdicto locum fore: est enim quod ad causam testamenti pertineat, quidquid quoquo tempore factum exhiberi debeat.

Si filiusfamili-  
as, vel servus  
testatus esse di-  
catur.

§. 7. Sed et si de statu disceptetur, si testator filiusfamilias, vel servus hoc fecisse dicatur: et hoc exhibebitur.

§. 8. Item si filiusfamilias fecerit testamentum, qui de castrensi peculio testabatur: habet locum interdictum.

De captivo.

§. 9. Idem est, et si is qui testamentum fecit, apud hostes decessit.

De vivente.

§. 10. Hoc interdictum ad vivi tabulas non pertinet: quia verba prætoris reliquerit lecerunt mentionem.

De testamento  
delecto.

§. 11. Sed et si deletum sine dolo sit testamentum,

2. *Paulus lib. 64 ad Edictum.*

Vel totum, vel pars ejus.

3. *Ulpianus lib. 68 ad Edictum.*

Locum habet hoc interdictum.

De pluribus  
codicibus.

§. 1. Si tabulæ in pluribus codicibus scriptæ sint, omnes interdicto isto continentur, quia unum testamentum est.

De deposito.

§. 2. Si tabulæ testamenti apud aliquem depositæ sunt à Titio, hoc interdicto agendum est, et cum eo qui delinet, et cum eo qui deposuit.

De æditio vel  
tabulario custo-  
dicente.

§. 3. Proinde et si custodiam tabularum ædituus, vel tabularius suscepit, dicendum est teneri eum interdicto.

De servo.

§. 4. Si penes servum tabulæ fuerint, dominus interdicto tenebitur.

Si testator vi-  
vus suas tabulas  
esse dicat, et de  
ceteris, qui cor-  
pora sua esse di-  
cunt instrumen-  
torum.

§. 5. Si ipse testator dum vivit, tabulas suas esse dicat, et exhiberi desideret, interdictum hoc locum non habebit, sed ad exhibendum erit agendum, ut exhibitas vindicet. Quod in omnibus, qui corpora sua esse dicunt instrumentorum, probandum est.

De eo qui dolo  
fecit, quominus  
tabulæ penes se  
essent.

§. 6. Si quis dolo malo fecerit, quominus penes eum tabulæ essent, nihilominus hoc interdicto tenebitur. Nec præjudicatur

6. Par conséquent s'il y a plusieurs testamens faits en différens temps, l'interdit aura lieu: car tout ce qui a été fait dans ces différens temps est relatif à la cause du testament, et doit être représenté.

7. Si on prétend que le testament a été fait par un fils de famille ou par un esclave, en sorte qu'on conteste l'état du testateur, il faudra toujours représenter le testament.

8. Cet interdit a lieu dans le cas où un fils de famille aura testé de son pécule castrense.

9. Il en est de même si le testateur est mort prisonnier de guerre chez les ennemis.

10. Cet interdit n'a pas lieu pour le testament d'un homme vivant: car le préteur dit, les pièces qu'un tel a laissées.

11. Si le testament a été effacé sans dol,

2. *Paul au liv. 64 sur l'Edit.*

En tout ou en partie,

3. *Ulpien au liv. 68 sur l'Edit.*

L'interdit aura lieu.

1. Si le testament est écrit en plusieurs cahiers, l'effet de cet interdit est de les faire représenter tous, parce qu'ils ne forment tous qu'un seul testament.

2. Si un tiers (Titius) a déposé le testament chez quelqu'un, on peut se servir de l'interdit et contre le dépositaire, et contre celui qui a déposé.

3. Ainsi le gardien d'un temple, ou un notaire à qui un testament aura été déposé sont soumis à cet interdit.

4. Si le testament est entre les mains d'un esclave, son maître sera soumis à cet interdit.

5. Si le testateur soutient lui-même de son vivant qu'un tel a son testament, et demande qu'il lui soit représenté, notre interdit n'aura pas lieu; il doit se servir de l'action *ad exhibendum*, et revendiquer le testament qui lui sera représenté. Ce qui doit être étendu à tous les cas où celui qui demande la représentation soutiendra être propriétaire des pièces.

6. Celui qui, par mauvaise foi, a cessé de posséder le testament n'en est pas moins soumis à cet interdit. Il n'en résulte aucun

préjudice pour l'action qui descend de la loi Cornélia concernant les testaments, comme si on vouloit soutenir qu'il a supprimé le testament par mauvaise foi. Car personne ne peut retenir impunément un testament, par la raison qu'il s'est rendu coupable d'un plus grand crime. Il sera d'ailleurs plus aisé de découvrir ce crime par la représentation qui sera faite du testament. Il peut arriver aussi que quelqu'un ait cessé par mauvaise foi de posséder un testament, sans qu'il tombe pour cela dans le cas de la loi Cornélia. Il se peut faire, par exemple, qu'il n'ait point eu dessein de voler ou de céler le testament, mais qu'il l'ait fait passer à un autre, pour n'être pas obligé de le représenter lui-même à celui qui se sert de l'interdit; c'est-à-dire qu'il n'aura pas eu dessein de le supprimer, mais seulement de ne pas le représenter.

7. Cet interdit est exhibitoire.

8. Qu'est-ce qu'exhiber ou représenter? C'est mettre un autre à portée de prendre la chose qu'il demande.

9. La représentation doit se faire en présence du prêteur, afin que les témoins qui ont cacheté le testament soient avertis pour venir reconnoître leurs cachets. Si les témoins n'obéissent point à la citation, Labéon écrit que le prêteur doit les y forcer.

10. Ce sont ceux à qui on a laissé quelque chose dans un testament qui sont dans l'usage d'en demander la représentation.

11. La condamnation à laquelle cette instance donne lieu doit être proportionnée aux intérêts de la partie à qui on refuse la représentation.

12. Ainsi, si c'est l'héritier institué qui demande cette représentation, la condamnation sera égale à la valeur de la succession.

13. Si c'est un légataire, la condamnation ne sera portée qu'au montant de son legs.

14. Si le legs est fait sous condition, on en fera l'estimation comme si la condition étoit arrivée. Le légataire ne sera pas même obligé de donner caution de rendre ce qu'il touchera de cette condamnation dans le cas où la condition viendrait à manquer; parce que cette condamnation est la peine de la contumace de celui qui refuse de représenter.

aliquid legi Corneliæ testamentariæ, quasi dolo malo testamentum suppresserit. Nemo enim idèò impunè retinet tabulas, quòd majus facinus admisit: cum exhibitis tabulis admissum ejus magis manifestetur. Et posse aliquem dolo malo facere, ut in eam legem non incidat: utputà si neque amoverit, neque celaverit tabulas, sed idcirco aliì tradiderit, ne eas interdicenti exhiberet; hoc est, si non supprimendi animo, vel consilio fecit, sed ne huic exhiberet.

§. 7. Hoc interdictum exhibitorium est.

§. 8. Quid sit exhibere videamus? Exhibere hoc est, materiæ ipsius adprehendendæ copiam facere.

§. 9. Exhibere autem apud prætorem oportet, ut ex auctoritate ejus signatores admoniti venirent ad recognoscenda signa. Et si fortè non obtemperent testes, Labeo scribit coërceri eos à prætore debere.

§. 10. Solent autem exhiberi tabulas desiderare omnes omnino, qui quid in testamento adscriptum habent.

§. 11. Condemnatio autem hujus judicii, quanti interfuit, æstimari debet.

§. 12. Quare si heres scriptus hoc interdicto experiatur, ad hereditatem referenda est æstimatio.

§. 13. Et si legatum sit, tantum venit in æstimationem quantum sit in legato.

§. 14. Et si sub conditione legatum sit, quasi conditione existente, sic æstimandum est: nec compelli debet ad cavendum, ut se restitutum caveat quidquid consecutus est, si conditio defecerit: quia pœna contumaciæ præstatum ab eo qui non exhibet.

Hoc interdictum esse exhibitorium. Quid sit exhibere.

Apud quem exhibetur, si testes admoniti non veniant.

De his qui quid in testamento adscriptum habent.

Quid veniat in condemnationem.

Si hoc iudicio  
consecutus est  
æstimationem,  
postea rem petat.

§. 15. Inde quæritur, si hinc consecutus æstimationem legatarius, postea legatum petat, an sit audiendus? Et putem, si heres idem præstitit, exceptione doli repellendum: si alius, repelli non oportere. Et idem et si heres sit, qui interdicto usus est æstimationem consecutus, eadem est distinctio.

15. C'est ce qui a fait demander si le légataire ayant reçu en conséquence de cette condamnation la valeur de son legs, il peut encore être admis à demander le legs en nature? Je pense que si c'est l'héritier qui lui a payé la condamnation, il seroit débouté de sa demande en délivrance de legs, parce qu'on lui opposeroit l'exception de la mauvaise foi; mais si c'est un autre, il est admis à demander son legs. Cette même distinction doit être employée si c'est un héritier qui s'est servi de l'interdit pour demander la représentation du testament, et qui a reçu l'estimation de sa portion.

16. Il est certain que cet interdit a lieu même après l'année.

17. Il passe aux héritiers et autres successeurs.

De anno.

§. 16. Interdictum hoc et post annum competere constat.

De successoribus

§. 17. Sed et heredi, cæterisque successoribus competit.

4. *Paulus lib. 69 ad Edictum.*

De pupillo et  
tutore.

Si sint tabulæ apud pupillum, et dolo tutoris desierint esse, in ipsum tutorem competit interdictum: æquum enim est ipsum ex delicto suo teneri, non pupillum.

4. *Paul au liv. 69 sur l'Edit.*

Si le testament a été remis à un pupille qui ait cessé de le posséder par la mauvaise foi de son tuteur, l'édit aura lieu contre le tuteur lui-même: car il est juste que le tuteur réponde de son délit, et non le pupille.

5. *Javolenus lib. 13 ex Cassio.*

De controversiis  
hereditariis.  
De publica quæ-  
stione.

De tabulis proferendis interdictum competere non oportet, si hereditatis controversia ex his pendet, aut si ad publicam quæstionem pertinet. Itaque in æde sacra interim deponendæ sunt, aut apud virum idoneum.

5. *Javolénus au liv. 13 sur Cassius.*

L'interdit pour faire représenter un testament n'a pas lieu, s'il y a un procès pendant entre les héritiers sur ce testament, ou s'il s'élève une question publique. Il faut en attendant le déposer dans un temple ou chez une personne grave.

TITULUS VI.

NE QUID IN LOCO

SACRO FIAT.

1. *Ulpianus lib. 68 ad Edictum.*

Interdictum.

**A**IT prætor: *In loco sacro facere, invectum immittere quid veto.*

De loco sacro,  
et de sacrario

§. 1. Hoc interdictum de sacro loco, non de sacrario competit.

De ornamentis,  
de iermitate,  
incommodo.

§. 2. Quod ait prætor, ne quid in loco sacro fiat, non ad hoc pertinet, quod ornamentis causa fit, sed quod deformitatis, vel incommodi.

De his qui ædes  
sacras curant

§. 3. Sed et cura ædium, locorumque

TITRE VI.

DE L'INTERDIT QUI DÉFEND

DE RIEN FAIRE DANS UN LIEU SACRÉ.

1. *Ulpien au liv. 68 sur l'Edit.*

**L**E præteur s'exprime ainsi: « Je défends qu'on fasse aucun ouvrage, ou qu'on fasse avancer quelque chose dans un lieu sacré.

1. Cet interdit concerne les lieux sacrés, et non pas les sacraires ou sacristies.

2. Quand le præteur dit qu'on ne doit faire aucun ouvrage dans un lieu sacré, il n'entend pas qu'on n'y puisse faire des ouvrages d'ornement, mais il défend d'en faire qui puissent gêner ou incommoder.

3. Le soin des maisons et des lieux sa-

crés est confié à des officiers publics.

2. *Hermogénien au liv. 3 de l'Abrégé du droit.*

Il n'est pas permis de rien faire sur des murs, des portes ou des lieux sacrés qui puisse y porter du dommage ou de l'incommodité.

5. *Paul au liv. 5 des Sentences.*

On ne peut même habiter ni les murs ni les portes sans une permission expresse du prince, dans la crainte des incendies.

## TITRE VII.

## DE L'INTERDIT CONCERNANT

## LES LIEUX ET LES CHEMINS PUBLICS.

1. *Pomponius au liv. 30 sur Sabin.*

IL est permis à tout le monde de demander à participer aux établissemens destinés à l'usage du public, comme sont les grands chemins, les chemins publics. Ainsi, sur la requête de tout particulier, on défend d'y rien faire qui puisse en gêner l'usage.

2. *Ulpian au liv. 48 du Digeste.*

Il n'est permis à personne de construire un monument sur un chemin public.

3. *Ulpian au liv. 33 sur Sabin.*

Les chemins de traverse qui ont été pris par contribution sur les biens des particuliers, et qui sont de temps immémorial sont mis au nombre des grands chemins.

1. Mais il y a cette différence entre ces chemins et les chemins militaires ou royaux, qu'un chemin royal conduit à la mer, à des villes, à des rivières publiques ou à un autre chemin royal; mais il n'en est pas de même des chemins de traverse, qui donnent bien d'un bout sur un chemin royal, mais qui finissent à l'autre bout sans issue.

sacrorum mandata est his qui ædes sacras curant.

2. *Hermogenianus lib. 3 juris Epitomarum.*

In muris, itemque portis et aliis sanctis locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur.

De damno aut incommodo.

3. *Paulus lib. 5 Sententiarum.*

Neque muri, neque portæ habitari sine permissu principis propter fortuita incendia possunt.

De habitacione.

## TITULUS VII.

## DE LOCIS ET ITINERIBUS

## PUBLICIS.

1. *Pomponius lib. 30 ad Sabinum.*

CUILIBET in publicum petere permitendum est id quod ad usum omnium pertineat: veluti vias publicas, itinera publica: et ideò quolibet postulante de his interdicatur.

Qui petere possunt.

2. *Ulpianus lib. 48 Digestorum.*

Nemini licet in via publica monumentum exstruere.

De monumento.

3. *Ulpianus lib. 33 ad Sabinum.*

Viæ vicinales, quæ ex agris privatorum collatis factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero sunt.

De via vicinali.

§. 1. Sed inter eas et cæteras vias militares hoc interest, quòd viæ militares exitum ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: harum autem vicinalium viarum dissimilis conditio est; nam pars earum in militares vias exitum habent, pars sine ullo exitu intermoriuntur.

Differentia viæ vicinalis et militaris.

TITULUS VIII.  
NE QUID IN LOCO PUBLICO,  
VEL ITINERE FIAT.

TITRE VIII.  
DE L'INTERDIT QUI DÉFEND  
DE RIEN FAIRE

Dans un lieu ou sur un chemin public.

1. *Paulus lib. 64 ad Edictum.*

1. *Paul au liv. 64 sur l'Edit.*

Ad primum interdictum prohibitorium de loco publico præfatio.

**I**N loco publico prætor prohibet ædificare, et interdictum proponit.

**L**E préteur défend de bâtir dans un lieu public, et il propose sur cette matière un interdit.

2. *Ulpianus lib. 68 ad Edictum.*

2. *Ulpien au liv. 68 sur l'Edit.*

Prætor ait : *Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, senatusconsulto, edicto, decretove principum tibi concessum est: de eo quod factum erit, interdictum non dabo.*

Le préteur s'exprime ainsi : « Je défends qu'on fasse aucun ouvrage dans un lieu public, ou qu'on y fasse avancer quelque chose qui puisse l'endommager, à moins qu'on n'en ait la permission par une loi expresse, un sénatus-consulte, un édit ou un décret des princes. Si on y fait quelque ouvrage je donnerai un interdit ».

Verba.

1. Cet interdit est prohibitoire.

Hoc interdictum esse prohibitorium. De utilitate publica, vel privata.

§. 1. Hoc interdictum prohibitorium est.

2. Il a pour but de procurer le bien public, aussi bien que celui des particuliers. Car les lieux publics sont destinés aux usages des particuliers; ils en jouissent par droit de cité, et non à titre de propriétaires, et nous avons autant de droit pour en obtenir la jouissance que chaque particulier en a pour empêcher qu'on n'en gêne l'usage. Ainsi, si on fait dans un lieu public un ouvrage qui cause quelque dommage à un particulier, il peut l'empêcher par l'édit prohibitoire qui a été établi en cette matière.

De areis, insulis, agris, viis, itineribus.

§. 3. Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, Labæo definit, ut et ad areas, et ad insulas, et ad agros, et ad vias publicas, itineraque publica pertineat.

3. Labéon voulant définir ce qu'on entend par lieu public, dit que ce terme s'entend des places, des maisons, des terres et des chemins publics.

De rebus fiscalibus.

§. 4. Hoc interdictum ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio, non puto pertinere: in his enim neque facere quicquam, neque prohibere privatus potest. Res enim fiscales quasi propriæ et privatæ principis sunt. Igitur si quis in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locum habebit. Sed si fortè de his sit controversia, præfecti eorum iudices sunt.

4. Je ne crois pas que cet interdit s'étende aux lieux qui appartiennent au fisc: car les particuliers ne peuvent ni rien faire dans ces sortes d'endroits ni empêcher qu'on y fasse. Les biens appartenans au fisc sont en quelque sorte dans la propriété particulière du prince. Ainsi, si quelqu'un y entreprend quelque ouvrage, il n'y aura pas lieu à cet interdit. S'il s'élève quelque contestation à ce sujet, les préfets du prince en seront juges.

De usui publi-

§. 5. Ad ea igitur loca hoc interdictum

5. Ainsi l'interdit dont nous parlons con-

cerne les lieux destinés à l'usage du public. Si un particulier entreprend d'y faire quelque chose qui puisse nuire aux autres, le préteur le défend par son interdit.

6. Un particulier a étendu sur une perche une toile qui ôte le jour à son voisin. Il y a lieu à l'interdit, dont la formule sera : Je défends que vous fassiez avancer dans la rue quelque chose qui nuise au jour de Gaius-Séius.

7. Si quelqu'un veut réparer un édifice qu'il a sur un lieu public, Ariston dit qu'on peut recourir à cet interdit pour l'empêcher de le réparer.

8. On peut se servir de cet interdit contre celui qui a enfoncé des pieux dans la mer, si on doit en souffrir du préjudice ; mais si personne n'en souffre, on laisse bâtir sur le rivage, ou enfoncer des pieux dans la mer.

9. Si on empêche quelqu'un de pêcher ou de naviguer dans la mer, l'interdit n'a pas lieu, non plus que dans le cas où on empêcheroit quelqu'un de jouer dans un champ public, ou de se baigner dans un bain public, ou de voir dans un spectacle public ; dans tous ces cas il faut avoir recours à l'action en réparation d'injures.

10. C'est avec raison que le préteur dit, si on souffre quelque préjudice de l'entreprise : car toutes les fois qu'on permet de faire quelque chose dans un lieu public, il faut observer que cela se fasse sans préjudice de personne ; et le prince lui-même a cette attention quand il permet de faire quelque nouvel ouvrage.

11. On est censé souffrir quelque préjudice quand on perd quelque avantage qu'on tiroit du lieu public, quel qu'il soit.

12. Ainsi, si la nouvelle entreprise gêne la vue ou l'accès que quelqu'un avoit sur le lieu public, on peut recourir à l'interdit.

13. Labéon pense que si je bâtis sur un lieu public une chaussée pour empêcher mes eaux de couler chez vous, où elles couloient auparavant sans aucun droit, il n'y a pas lieu contre moi à l'interdit.

14. Si l'édifice que j'ai bâti vous ôte du jour, l'interdit a lieu.

15. Le même jurisconsulte pense que si

pertinet, quæ publico usui destinata sunt : ut si quid illic fiat, quod privato noceret, prætor intercederet interdicto suo. co destinatis. De damno privati.

§. 6. Cùm quidam velum in mæniano immissum haberet, qui vicini luminibus officiebat : utile interdictum competit, *Ne quid in publico immittas, qua ex re luminibus Gaii Seii officias.* De velo immissum in mæniano.

§. 7. Si quis quod in publico loco positum habuit, reficere voluit, hoc interdicto locum esse Aristo ait, ad prohibendum eum reficere. De refectioe.

§. 8. Adversus eum qui molem in mare projecit, interdictum utile competit ei cui fortè hæc res nocitura sit : si autem nemo damnum sentit, tuendus est is qui in littore ædificat, vel molem in mare jacit. De mari.

§. 9. Si quis in mari piscari aut navigare prohibeatur, non habebit interdictum : quemadmodum nec is qui in campo publico ludere, vel in publico balineo lavare, aut in theatro spectare arceatur : sed in omnibus his casibus injuriarum actione utendum est. De piscatione, navigatione, lasso, levatione, speculatione.

§. 10. Meritò ait prætor, *Qua ex re quid illi damni datur.* Nam quotiensque aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut sine injuria cujusquam fiat : et ita solet princeps, quotiens aliud novi operis instituendum petitur, permittere. De permissu principis.

§. 11. Damnum autem pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico consequeretur, qualequale sit. De quacun- que commo- amisso.

§. 12. Proinde si cui prospectus, si cui aditus sit deterior, aut angustior, interdicto opus est. De prospectu et aditu.

§. 13. Si quid in loco publico ædificavero, ut ea quæ ex meo ad te nullo jure defluebant, desinant fluere : interdicto me non teneri Labeo patat. Si ædificum ei, quod defluit,

§. 14. Planè si ædificum hoc effecerit, ut minus luminis insula tua habeat, interdictum hoc competit. Vel luminibus,

§. 15. Idem ait, si in publico ædificem, Vel alii ædifi-

cio in publico  
posito obstet.

deinde hoc ædificium ei obstet, quod tu in publico ædificaveras, cessare hoc interdictum: cum tu quoque illicitè ædificaveris: nisi fortè tu jure tibi concesso ædificaveras.

De permissu  
principis.

§. 16. Si quis à principe simpliciter impetraverit, *ut in publico loco ædificet*: non est credendus sic ædificare, ut cum incommodo alicujus id fiat: neque sic conceditur, nisi fortè quis hoc impetraverit.

An ædificium  
in publico locum  
deponatur.

§. 17. Si quis nemine prohibente in publico ædificaverit, non esse eum cogendum tollere, ne ruinis urbs deformetur: et quia prohibitorium est interdictum, non restitutorium. Si tamen obstet id ædificium publico usui, utique is qui operibus publicis procurat, debet id deponere: aut si non obstet, solarium ei imponere: vectigal enim hoc sic appellatur solarium, ex eo quòd pro solo pendatur.

De cautione  
non fieri.

§. 18. Si tamen adhuc nullum opus factum fuerit, officio judicis continetur, uti caveatur non fieri, et ea omnia etiam in persona heredum, cæterorumque successorum erunt cavenda.

An ædificium  
in loco sacro  
positum deponatur.

§. 19. Locorum sacrorum diversa causa est: in loco enim sacro non solum facere vetatur, sed et factum restituere jubemur. Hoc propter religionem.

Ad secundum  
interdictum pro  
hibitorium. De  
via, itinere pu  
blico verba.

De viæ solo.

§. 20. Ait prætor: *In viæ publica, itinereve publico facere, immittere quid, quo ea viæ, idve iter deterius sit, fiat, veto.*

§. 21. Viæ publicam eam dicimus, cujus etiam solum publicum est: non enim sicuti in privata viæ, ita et in publica accipimus. Viæ privatæ solum alienum est, jus tantum eundi, et agendi nobis competit: viæ autem publicæ solum publicum est, relictum ad directum certis finibus latitudinis ab eo qui jus publicandi habuit, ut ea publicè iretur, commearetur.

je bâtis sur un lieu public, et que mon bâtiment nuise à celui que vous avez élevé vous-même sur le lieu public, l'interdit n'a pas lieu, parce que vous avez vous-même bâti illicitement; à moins que vous n'avez eu le droit de bâtir par une concession particulière.

16. Si quelqu'un obtient simplement du prince une permission de bâtir dans un lieu public, il ne faut pas croire qu'il puisse y bâtir de manière à causer du préjudice à quelqu'un, le prince n'est point censé accorder une permission aussi étendue, à moins qu'elle ne soit précisément exprimée.

17. Si quelqu'un a bâti sans aucun obstacle dans un lieu public, on ne doit pas le forcer à démolir, de peur que l'extérieur de la ville ne reçoive quelque difformité; d'ailleurs l'interdit dont nous parlons est prohibitif et non restitutorif. Si cependant l'édifice nuit à l'usage du public, il doit, sur la requête du procureur général des travaux publics, être jeté bas; s'il ne nuit pas, ce même procureur lui imposera une redevance foncière: cette redevance s'appelle solaire, parce qu'elle est payée pour le sol.

18. Si cependant il n'y a point encore d'ouvrage de fait, le juge qui connoitra du projet doit faire donner caution que l'ouvrage ne se fera pas, et cette caution doit être répétée par les héritiers et autres successeurs.

19. Il n'en est pas de même à l'égard des lieux sacrés: car non-seulement il est défendu d'y faire aucun ouvrage, mais on doit démolir ceux qui y ont été faits. Ce qui s'observe ainsi par respect pour la religion.

20. Le préteur dit: « Je défends qu'on fasse aucun ouvrage dans les chemins publics qui puisse leur nuire ».

21. On appelle chemin public, celui dont le sol est aussi public. Car un chemin privé est différent d'un chemin public, en ce que dans le chemin privé le sol appartient à un particulier, nous n'avons que le droit d'y marcher et d'y conduire nos voitures, au lieu que le sol du chemin public est aussi public; il a été laissé en droiture dans une certaine largeur par celui qui a l'autorité de le rendre public, afin que le public pût y aller et voyager.

22. Il y a des chemins publics , des chemins privés , et des chemins de traverse ou de voisinage. On appelle chemins publics ceux que les Grecs appelloient royaux ; nous les appellons chemins prétoriens ou chemins consulaires. Les chemins privés sont appelés par quelques-uns chemins agraires. Les chemins de traverse ou vicinaux sont ceux qui sont dans les bourgs ou qui conduisent à des bourgs. Quelques-uns soutiennent qu'ils sont aussi publics. Mais cela n'est vrai que lorsque ces chemins n'ont pas été pris par contribution sur les domaines des particuliers. Il n'en est pas de même quand la réparation de ces chemins est à la charge des particuliers : car cette charge ne rend pas le chemin privé. En effet ce qui fait que la charge de la réparation est commune , c'est que le chemin est fait pour l'usage et l'utilité commune.

23. Les chemins privés sont de deux sortes , les uns sont dans des terres auxquelles on a imposé la servitude de fournir un chemin conduisant à la terre d'autrui ; les autres mènent aussi à des domaines , mais tout le monde peut y passer en quittant le grand chemin : en sorte qu'après le grand chemin on trouve une voie , un sentier ou un passage qui conduit à une métairie. Je penserois que ces chemins qui conduisent du grand chemin dans les métairies , ou dans les villages , sont aussi publics.

24. Cet interdit ne regarde que les chemins de la campagne et non ceux des villes ; parce que le soin de ces derniers appartient aux magistrats.

25. Si le chemin public est interrompu , ou si la voie est rétrécie , les magistrats interposent leur autorité.

26. Si quelqu'un fait passer un égout à travers un chemin public , et que le chemin en devienne moins praticable , Labéon écrit qu'il est soumis à l'interdit , parce qu'il est censé avoir avancé quelque chose sur le chemin.

27. De même si quelqu'un fait un fossé dans son fonds , afin que l'eau s'y amasse et coule ensuite dans le chemin , il sera par la même raison soumis à l'interdit.

28. Labéon écrit encore que si quelqu'un bâtit sur son fonds , mais de manière à empêcher l'écoulement des eaux qui s'amassent

§. 22. Viarum quædam publicæ sunt , quædam privatæ , quædam vicinales. Publicas vias dicimus , quas Græci βασιλικὰς , id est , regias , nostri prætorias , alii consulares vias appellant. Privatæ sunt , quas agrarias quidam dicunt. Vicinales sunt viæ , quæ in vicis sunt , vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas esse quidam dicunt. Quod ita verum est , si non ex collatione privatorum hoc iter constitutum est : aliter , atque si ex collatione privatorum reficiatur : nam si ex collatione privatorum reficiatur , non utique privata est. Refectio enim idcirco de communi fit , quia usum , utilitatemque communem habet.

De viarum divisione in publicas , privatas , et vicinales.

§. 23. Privatæ viæ dupliciter accipi possunt : vel hæ quæ sunt in agris , quibus imposita est servitus , ut ad agrum alterius ducant : vel hæ quæ ad agros ducunt , per quas omnibus permeare liceat , in quas exitur de via consulari : et sic post illam excipit via , vel iter , vel actus , ad villam ducens. Has ergo , quæ post consularem excipiunt in villas , vel in alias colonias ducentes , putem etiam ipsas publicas esse.

§. 24. Hoc interdictum tantum ad vias rusticas pertinet , ad urbicas verò non : harum enim cura pertinet ad magistratus.

De viis rusticis , vel urbanis.

§. 25. Si viæ publicæ exemptus com-  
meatus sit , vel via coarctata , interveniunt magistratus.

De com-  
meatu  
exempto. De via  
coarctata.

§. 26. Si quis cloacam in viam publicam immitteret , exque ea re minus habilis via per cloacam fiat , teneri eum Labéon scribit : immisisse enim eum videri.

De cloaca.

§. 27. Proinde et si fossam quis in fundo suo fecerit , ut ibi aqua collecta in viam decurrat : hoc interdicto tenebitur : immisus enim habere etiam hunc videri.

De fossa.

§. 28. Idem Labéon scribit , si quis in suo ita ædificaverit , ut aqua in via collecta restagnet , non teneri eum interdicto :

De restagnatione

quia non immittat aquam, sed non recipit. Nerva autem melius scribit utrumque teneri. Planè si fundus viam publicam contingat, et ex eo aqua derivata deterio-rem viam faciat, quæ tamen aqua ex vicini fundo in tuum veniat, si quidem necesse habeas eam aquam recipere, interdictum locum habebit adversus vicinum tuum. Si autem necesse non sit, non teneri vicinum tuum, te tamen teneri: eum enim videri factum habere, qui usum ejus aquæ habeat. Idem Nerva scribit, si tecum interdicto agatur, nihil ultra te facere cogendum, quàm ut arbitrato ejus qui tecum experitur, cum vicino experiaris. Cæterùm aliter observantibus futurum ut tenearis, etiam si jam bona fide cum vicino egeris, neque per te stet, quominus arbitrato actoris cum vicino experiaris.

sur le grand chemin, il n'est point soumis à l'interdit, parce qu'il ne fait point aller l'eau sur le grand chemin, mais seulement qu'il ne la reçoit pas. Mais Nerva écrit, avec plus de raison, que cet interdit a également lieu et contre celui qui fait passer l'eau sur le grand chemin et contre celui qui ne reçoit pas l'eau du grand chemin. Si vous avez un fonds contigu au chemin public, et que l'eau sortant de votre fonds gête le chemin, si cette eau vient de votre voisin chez vous, et que vous soyez obligé de la recevoir, l'interdit aura lieu contre votre voisin. Mais si vous n'êtes point obligé de la recevoir, l'interdit aura lieu contre vous et non contre votre voisin; parce que c'est celui qui a l'usage de l'eau qui est censé faire tort au chemin. Le même Nerva écrit que si on intente l'interdit contre vous, on ne peut vous forcer qu'à actionner votre voisin, pour qu'il retire ses eaux à la satisfaction de celui qui vous attaque. Si on décideoit autrement, il arriveroit que vous seriez soumis à l'interdit, quoique vous ayez de bonne foi actionné votre voisin, et qu'il ne tiennne pas à vous que celui qui vous attaque n'en reçoive la satisfaction qu'il demande.

De odore. §. 29. Idem ait, si odore solo locus pestilentiosus fiat, non esse ab re de ea interdicto uti.

De pastu. §. 30. Hoc interdictum etiam ad ea quæ pascentur in via publica, itinereve publico, et deterio-rem faciant viam, locum habet.

De his quæ statim nocent, vel postea. §. 31. Deinde ait prætor: Quo ea via, idque iter deterius sit, fiat. Hoc, sive statim deterior via sit, sive postea: ad hoc enim pertinent hæc verba sit, fiat. Etenim quædam sunt talia, ut statim facto suo noceant: quædam talia, ut in præsentiarum quidem nihil noceant, in futurum autem nocere debeant.

Deterioratio quomodo accipitur. §. 32. Deterio-rem autem viam fieri sic accipiendum est, si usus ejus ad commo-andum corrumpatur: hoc est, ad eun- dum, vel agendum: ut cum plana fuerit, clivosa fiat, vel ex molli aspera, aut angustior ex latiore, aut palustris ex sicca.

De specu et ponte. §. 33. Scio tractatum, an permittendum

29. Le même jurisconsulte écrit que si le chemin est seulement infecté d'une mauvaise odeur, on ne peut à cet égard avoir recours à l'interdit.

30. Cet interdit s'étend au cas où on fait paître dans le chemin public des animaux qui le dégradent.

31. Le préteur ajoute, si le chemin public est ou doit être détérioré. Ainsi l'édit aura lieu, soit que le chemin public soit gâté tout d'un coup, soit qu'il doive l'être par la suite: c'est ce que signifient ces mots, est ou doit être détérioré. Car il y a des choses qui gâtent un chemin tout de suite, et d'autres qui ne nuisent pas dans le moment, mais qui doivent nuire par la suite.

32. Un chemin est censé détérioré quand il devient moins propre à l'usage que les voyageurs en doivent faire en y marchant ou en y conduisant des voitures; par exemple si d'aplani il devient montueux, si de doux il devient rude, de large étroit, de sec boueux.

33. Je sais qu'on a traité la question de

savoir si on devoit permettre de faire une voûte ou un pont à travers un grand chemin. Plusieurs pensent que l'interdit auroit lieu en ce cas, parce qu'il ne faut pas détériorer les chemins.

34. Cet interdit est perpétuel et populaire, et le défendeur doit être condamné aux intérêts du demandeur.

35. Le prêteur dit, que vous rétablissiez en son premier état ce que vous tenez fait ou avancé sur un grand chemin qui en détériore l'usage.

36. Cet interdit a la même cause que celui dont il est parlé dans le titre précédent. La seule différence entre eux, c'est que celui-ci est restitutoire, et que l'autre est prohibitoire.

37. Ce n'est pas celui qui a fait quelq'u'ouvrage sur un chemin public qui est soumis à cet interdit, c'est celui qui tient l'ouvrage qui a été fait. Ainsi si l'ouvrage a été fait par un particulier et qu'il soit tenu par un autre, c'est celui qui tient l'ouvrage qui est soumis à l'interdit; et cela est plus convenable, parce que c'est celui qui est en possession de ce qui a été fait ou avancé qui peut rétablir les choses en leur premier état.

38. Celui-là est censé tenir l'ouvrage, qui s'en sert et qui en jouit comme possesseur, soit qu'il ait fait l'ouvrage lui-même, soit qu'il en ait acquis la possession à titre d'achat, de loyer, de legs, de succession ou autrement.

39. C'est ce qui fait dire à Ofilius, que si celui qui a fait un ouvrage qui gêne le chemin public, tient cet ouvrage pour abandonné, il n'est point soumis à l'interdit; parce qu'il ne possède pas l'ouvrage qu'il a fait. Ne peut-on pas cependant donner quelque action contre lui? Je pense qu'on pourroit intenter l'interdit utile, à l'effet de lui faire démolir ce qu'il a bâti sur le chemin public.

40. Si un arbre tombe de votre fonds sur le grand chemin et l'embarrasse, Labéon écrit que si vous tenez l'arbre pour abandonné, vous n'êtes pas soumis à l'interdit. Si cependant celui qui vous attaque offre d'enlever l'arbre à ses dépens, il peut intenter utilement contre vous l'interdit concernant la réparation des grands chemins. Mais si vous ne tenez pas l'arbre pour aban-

dit specus, et pontem per viam publicam facere? Et plerique probant interdicto eum teneri: non enim oportere eum deteriores viam facere.

§. 34. Hoc interdictum perpetuum et populare est, condemnatioque ex eo facienda est, quanti actoris intersit.

§. 35. Prætor ait: *Quod in via publica, itinereve publico factum, immissum habes, quo ea via, idve iter deterius sit, fiat, restituas.*

§. 36. Hoc interdictum ex eadem causa profiscitur, ex qua et superius: et tantum interest, quod hoc restitutorium, illud prohibitorium est.

§. 37. Hoc interdictum non is tenetur qui in via publica aliquid fecit, sed is qui factum habet. Proinde si alius fecit, alius factum habet, is tenetur, qui factum habet: et est hoc utilius, quia is potest restituere, qui factum immissum habet.

§. 38. Habere eum dicimus, qui utitur, et jure possessionis fruitur, sive ipse opus fecit, sive ex causa emptionis, vel conductionis, vel legato, vel hereditate, vel quo alio modo adquisivit.

§. 39. Unde Ofilius putat eum qui pro derelicto reliquit id opus quod fecit, si viam publicam corrumpit, et reliquit, non teneri hoc interdicto: non enim habet, quod fecit. Sed an in eum actio debeat dari, videbimus? Et puto utile interdictum competere, ut quod in via publica ædificavit, restituat.

§. 40. Si ex fundo tuo arbor in via publica sic ceciderit, ut itineri sit impedimento, eamque pro derelicto habeas, non teneri Labéon scribit. Si tamen, inquit, actor sua impensa arborem tollere paratus fuerit, rectè tecum acturum interdicto de via publica reficienda. Sed si pro derelicto non habeas, rectè tecum agi hoc interdicto.

Hoc interdictum esse perpetuum et populare De condemnatione in id quod interest.

Ad tertium interdictum restitutorium. De via publica. Itinereve publico verba.

Collatio hujus interdicti et superius.

De eo qui fecit vel factum habet.

De arbore que in via publica cecidit.

De eo cui opus utile est. De his qui communiter fieri curaverunt.

§. 41. Idem Labeo scribit, si vicinus meus viam opere corruperit, quamvis opus quod fecit, tam mihi quam ipsi utile sit, tamen si is vicinus fundi sui causa id fecerit, me tamen non posse hoc interdicto conveniri: si autem communiter hoc opus fieri curaverimus, utrumque nostrum teneri.

De eo qui dolo fecit, quominus possideret vel haberet.

§. 42. Hoc interdictum locum habet etiam adversus eum qui dolo malo fecit quominus possideret, vel haberet: etenim parera esse conditionem oportet ejus qui quid possideat vel habeat, atque ejus cujus dolo malo factum sit quominus possideret, vel haberet. Et mihi videtur vera Labeonis sententia.

De restitutione, et sumptibus restitutionis.

§. 43. *Restituas*, inquit. Restituere videtur, qui in pristinum statum reducit: quod sit, sive quis tollit id quod factum est, vel reponat quod sublatum est: et interdum suo sumptu. Nam si ipse, cum quo quis interdixit, fecerit, vel jussu ejus alius, aut ratum habitum sit quod fecit, ipse suis sumptibus debet restituere. Si verò nihil horum intervenit, sed habet factum, tunc dicemus patientiam solam eum præstare debere.

De tempore interdicti. De condemnatione in id quod interest.

§. 44. Interdictum hoc non esse temporarium, sciendum est: pertinet enim ad publicam utilitatem. Condemnatioque ex eo facienda est, quanti actoris interest, tolli quod factum est.

Quantum interdictum prohibitorium de usu viae itinerisve publici.

§. 45. Prætor ait: *Quo minus illi via publica, itinereve publico ire, agere liceat, vim fieri veto.*

### 3. *Celsus lib. 39 Digestorum.*

De littoribus.

Littora, in quæ populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror.

De mari et pilis in mare jactis.

§. 1. Maris communem usum omnibus hominibus, ut aeris, jactasque in id pilas, ejus esse, qui fecerit: sed id concedendum non esse, si deterior littoris, marisve usus eo modo futurus sit.

donné, l'interdit dont nous parlons aura lieu contre vous.

41. Le même Labéon écrit que si mon voisin a gâté le chemin en y faisant un ouvrage qui m'est utile aussi bien qu'à lui, si cependant il n'a consulté en le faisant que l'intérêt de son fonds, je ne serai pas soumis à l'interdit; mais si nous l'avons fait faire tous deux en commun, nous serons l'un et l'autre soumis à l'interdit.

42. Cet interdit a lieu aussi contre celui qui a cessé par sa mauvaise foi de tenir et posséder l'ouvrage qui nuit au chemin; car le possesseur et celui qui cesse par mauvaise foi de posséder, doivent être traités de la même manière. Ce sentiment de Labéon me paroît juste.

43. Le préteur dit, que vous rétablissiez. On est censé rétablir les choses quand on les remet en leur premier état: ce qui se fait en ôtant ce qu'on a mis, ou en remettant ce qu'on a ôté en certain cas à ses propres frais. Car si celui contre qui on intente l'interdit a fait lui-même l'ouvrage, ou la fait faire par un autre, ou a approuvé celui qui l'a fait pour lui, il doit remettre les choses en état à ses frais. Mais s'il n'y a rien de tout cela, et qu'il possède seulement l'ouvrage qui a été fait, il suffira qu'il en souffre la démolition.

44. Il faut observer que cet interdit est perpétuel, parce qu'il concerne l'utilité publique. Et le défendeur doit être condamné à l'intérêt qu'a le demandeur que l'ouvrage qui a été fait soit démolir.

45. Le préteur dit, je défends qu'on fasse violence à personne pour l'empêcher d'aller librement et de conduire ses voitures dans un chemin public.

### 3. *Celse au liv. 59 du Digeste.*

Les rivages de la mer sur lesquels le peuple Romain exerce son empire doivent être, suivant moi, censés appartenir au peuple Romain.

1. L'usage de la mer est commun à tous les hommes, aussi bien que celui de l'air; les piles qu'on y jette appartiennent par conséquent à ceux qui les y jettent, pourvu toutefois qu'elles ne nuisent pas à l'usage du rivage ou de la mer.

4. *Scævola au liv. 5 des Réponses*, dit.

Il est permis par le droit des gens de bâtir sur le rivage de la mer, pourvu qu'on ne nuise pas à l'usage public de ce rivage.

5. *Paul au liv. 16 sur Sabin.*

Si un ruisseau formant aqueduc, et passant à travers un lieu public, nuit à un particulier, il aura une action qui descend de la loi des douze tables pour se faire donner caution qu'on réparera le tort que le maître pourra souffrir.

6. *Julien au liv. 45 du Digeste.*

Celui qui intente l'interdit qui empêche de rien faire dans un lieu public qui nuise aux particuliers, peut se servir du ministère d'un procureur, quoique l'action qu'il intente concerne un lieu public.

7. *Le même au liv. 48 du Digeste.*

Celui qui a bâti sans obstacle dans un lieu public n'est point forcé à démolir, de peur de nuire à la décoration de la ville; celui qui a bâti contre l'édit du préteur doit démolir l'édifice, autrement l'édit du préteur seroit illusoire et chimérique.

TITRE IX.

DE L'INTERDIT A L'EFFET

DE MAINTENIR

Dans la jouissance d'un lieu public.

1. *Ulpian au liv. 68 sur l'Edit.*

LE préteur s'exprime ainsi : « Je défends qu'on empêche par violence celui à qui un lieu public aura été donné à bail par celui qui en a le droit, ou son associé, de jouir dudit lieu conformément aux conditions de leur bail ».

1. Il est clair que cet interdit a pour but l'utilité publique, puisqu'il soutient la cause des revenus publics en défendant de troubler celui qui a pris à bail un endroit public.

2. Si le preneur à bail et son associé se présentent tous deux pour obtenir l'interdit, on préférera celui au nom duquel le bail est passé.

3. Le préteur dit, conformément aux con-

4. *Scævola lib. 5 Responsorum respon-*  
dit.

*Iulittore jure gentium ædificare licere, De littore.*  
nisi usus publicus impediret.

5. *Paulus lib. 16 ad Sabinum.*

Si per publicum locum rivus aquæductus privato nocebit, erit actio privato ex lege duodecim tabularum, uti noxa domino caveatur. De rivo.

6. *Julianus lib. 43 Digestorum.*

Ei, qui hoc interdicto experitur, ne quid in loco publico fiat, quo damnum privato detur: quamvis de loco publico interdicat, nihilominus procuratoris dandi facultas est. De procuratore.

7. *Idem lib. 48 Digestorum.*

Sicut is qui nullo prohibente in loco publico ædificaverat, cogendus non est demolire, ne ruinis urbs deformetur: ita qui adversus edictum prætoris ædificaverit, tollere ædificium debet; alioquin inane et lusorium prætoris imperium erit. An ædificium in publico factum deponatur.

TITULUS IX.

DE LOCO PUBLICO

FRIENDO.

1. *Ulpianus lib. 68 ad Edictum.*

PRÆTOR ait : *Quominus loco publico, quem is cui locandi jus fuerit, friendum alicui locavit, ei qui conduxit, sociove ejus è lege locationis frui liceat, vim fieri veto.* Interdictum.

§. 1. Interdictum hoc publicæ utilitatis causa proponi palam est: tuetur enim vectigalia publica, dum prohibetur quis vim facere ei qui id friendum conduxit. Ratio interdicti.

§. 2. Sed si simul veniant ad interdictum movendum ipse, qui conduxerit, et socius ejus, magis est ut ipse conductor præferatur. De conductore, et ejus socio.

§. 3. Ait prætor : *Quo minus è lege loc-* De lege loca-  
tioais.

*cationis frui liceat. Merito ait à lege locationis. Ultra legem, enim, vel contra legem, non debet audiri, qui frui desiderat.*

2. *Paulus lib. 5 Sententiarum.*

De imaginibus  
et statuâ.

Concedi solet, ut imagines et statuæ, quæ ornamenta reipublicæ sunt futuræ, in publicum ponantur.

ditions de leur bail, et cela est juste : car celui qui veut jouir au-delà des conditions de son bail, ou contre ces conditions, ne doit pas être écouté.

2. *Paul au liv. 5 des Sentences.*

On a coutume d'accorder la permission de placer dans un lieu public des tableaux ou des statues qui doivent contribuer à l'ornement de la ville.

## TITULUS X.

### DE VIA PUBLICA,

#### ET SI QUID

In ea factum esse dicatur.

1. *Ex libro singulari Papiniani de Officio ædilium.*

De complanatione viarum.  
De fluminibus.  
De pontibus.

**Æ**DILES studeant, ut quæ secundum civitates sunt viæ, adæquentur, et effluiones non noceant domibus, et pontes fiant, ubicunque oportet.

De parietibus  
privatis.

§. 1. Studeant etiam, ne eorum, aut aliorum parietes, etiam domorum qui ad viam ducunt, sint caduci : sed ut oportet, emundent domini domorum, et construant. Si autem non emundaverint, neque construxerint, mulctent eos, quousque firmos effecerint.

Ne viæ perforantur, vel  
obruantur.

§. 2. Curent autem, ut nullus effodiat vias, neque subruat, neque construat in viis aliquid. Si autem servus quidem fuerit, ab obviante fustigetur : si liber, demonstretur ædilibus ; ædiles autem mulctent secundum legem, et quod factum est dissolvant.

Sed reparentur.

§. 3. Construat autem vias publicas unusquisque secundum propriam domum, et aquæductus purget, qui sub dio sunt, id est, cælo libero, et construat ita, ut non prohibeatur vehiculum transire. Quicumque autem mercede habitant, si non construat dominus, ipsi constructores computent dispendium in mercedem.

Si quis ante  
officinas proponatur.

§. 4. Studeant autem, ut ante officinas nihil projectum sit, vel propositum, præ-

## TITRE X.

### DE L'ÉDIT CONCERNANT

#### LES RUES

Et les ouvrages qui y seroient faits.

1. *Papinien au liv. unique du Devoir des édiles.*

**L**ES édiles doivent avoir soin que les rues des villes soient tirées au cordeau, que l'écoulement des eaux ne nuise pas aux maisons, et qu'on fasse des ponts où il sera nécessaire.

1. Ils doivent veiller aussi à ce que leurs murs ou ceux des autres, même ceux des maisons qui conduisent à la rue, ne soient pas en mauvais état, mais que les maîtres les réparent et les construisent comme il faut ; s'ils refusent de le faire ils doivent les condamner à l'amende jusqu'à ce qu'ils l'aient fait.

2. Ils doivent avoir soin que personne ne fasse des cavités dans les rues, qu'on n'enfonce point le pavé, et qu'on ne construise rien qui avance sur la rue. Si un esclave fait pareille chose, il sera fustigé par le premier passant ; si il est prouvé aux édiles que c'est un homme libre, ils l'amanderont selon la loi, et feront abattre ce qui aura été fait.

3. Chaque particulier doit faire le chemin le long de sa maison, nettoyer les ruisseaux qui ne sont pas couverts, et il doit faire le chemin de manière qu'une voiture y puisse passer. Ceux qui tiennent des maisons à loyer, feront eux-mêmes le chemin si le propriétaire ne le fait pas, et ils déduiront la dépense qu'ils auront faite sur leurs loyers.

4. Ils auront soin qu'on n'avance rien au dehors des boutiques, à moins qu'un foulon

ne fasse sécher des étoffes, ou qu'un ouvrier en voiture en mette devant sa porte: ce qu'ils doivent faire de manière qu'une voiture puisse toujours passer.

5. Ils ne permettront pas de querelles dans les rues, ni qu'on y jette des immondices, des charognes, ou des peaux d'animaux.

TITRE XI.  
DE L'INTERDIT

SUR LA RÉPARATION DES RUES  
Et des chemins publics.

1. *Ulpian au liv. 68 sur l'Edit.*

LE préteur s'exprime ainsi: « Je défends qu'on empêche un particulier de découvrir une rue ou un chemin public ou de le réparer, pourvu que la rue ou le chemin public ne soit pas détérioré ».

1. Découvrir une rue, c'est lui rendre sa première largeur et sa première hauteur. C'est aussi une partie de la réparation des rues que de les purger. Purger une rue, c'est proprement la remettre dans son niveau en ôtant ce qui s'élevait au-dessus. Car ceux qui découvrent, qui purgent une rue, ou en un mot qui la remettent dans son premier état, sont censés la réparer.

2. Si quelqu'un sous prétexte de réparer une rue la détériore, on pourra s'opposer impunément à son entreprise. Ainsi celui qui se sert de cet interdit sous prétexte de vouloir réparer, ne doit faire la rue ni plus large ni plus longue, ni plus haute ni plus basse: il ne doit pas jeter du sable dans la rue, ou paver en pierres un chemin qui étoit en terre, ou mettre en terre un chemin qui étoit pavé en pierres.

3. Cet interdit est perpétuel, il est accordé pour et contre tout le monde; la condamnation est prononcée suivant l'intérêt du demandeur.

2. *Javolenus au liv. 10 sur Cassius.*

Le public ne peut pas perdre un chemin public par le non-usage.

3. *Paul au liv. 1 des Sentences.*

Si quelqu'un rejette sur son voisin le chemin public, celui au fonds duquel on aura

terquam si fullo vestimenta siccet, aut faber currus exterius ponat. Ponant autem et hi, ut non prohibeant vehiculum ire.

§. 5. Non permittant autem rixari in viis, neque stercora projicere, neque morticina, neque pelles jacere.

De rixis. De his que in viam projiciuntur.

TITULUS XI.  
DE VIA PUBLICA,

ET

Itinere publico reficiendo.

1. *Ulpianus lib. 68 ad Edictum.*

PRÆTOR ait: *Quominus illi viam publicam, iterve publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea via, idve iter deterius fiat, vim fieri veto.*

Interdictum.

§. 1. Viam aperire est, ad veterem altitudinem, latitudinemque restituere. Sed et purgare refectionis portio est. Purgare autem propriè dicitur ad libramentum proprium redigere, sublato eo quod super eam esset. Reficit enim, et qui aperit et qui purgat, et omnes omnino, qui in pristinum statum reducant.

De apertione, purgatione, refectioe.

§. 2. Si quis in specie refictionis deteriorè viam facit, impunè vim patietur: propter quod neque latiorè, neque longiorè, neque altiorè, neque humiliorè viam sub nomine refictionis is qui interdicat, potest facere: vel in viam terrenam glaream injicere, aut sternere viam lapide, quæ terrena sit: vel contrà lapide stratam, terrenam facere.

§. 3. Interdictum hoc perpetuò dabitur, et omnibus, et in omnes, et habet condemnationem in id quod actoris intererit.

De tempore hujus interdicti. Quibus et in quos competit. De condemnatione in id quod interest.

2. *Javolenus lib. 10 ex Cassio.*

Viam publicam populus non utendo amittere non potest.

De non usu.

3. *Paulus lib. 1 Sententiarum.*

Si in agrum vicini viam publicam quis rejecerit, tantum in eum viæ receptæ ac-

De via in agrum vicini rejecta.

tio dabitur, quanti ejus interest, cujus fundo injuria irrogata est.

**De exaratione.** §. 1. Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus solus compellitur.

**TITULUS XII.**  
**DE FLUMINIBUS, NE QUID**  
**IN FLUMINE PUBLICO,**  
Ripave ejus fiat, quo pejus navigetur.

1. *Ulpianus lib. 68 ad Edictum.*

**Interdictum prohibitorium** **A**IT prætor: *Ne quid in flumine publico, ripave ejus facias, ne quid in flumine publico, neve in ripa ejus immittas, quo statio, ÷ terve navigatio deterius sit, fiat.*

**Differentia fluminis et rivi.** §. 1. Flumen à rivo magnitudine discernendum est, aut existimatione circumcolentium.

**De flumine perenni, vel torrenti.** §. 2. Item fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia. Perenne est, quod semper fluat *ἀίματος*: torrens, *ὄχει μάσσος*, id est, *hieme fluens*. Si tamen aliqua æstate exaruerit, quod alioquin perenne fluebat: non ideo minus perenne est.

**Publico, vel privato.** §. 3. Fluminum quædam publica sunt, quædam non. Publicum flumen esse Cassius definit, quod perenne sit. Hæc sententia Cassii, quam et Celsus probat, videtur esse probabilis.

§. 4. Hoc interdictum ad flumina publica pertinet: si autem flumen privatam sit, cessabit interdictum: nihil enim differt à cæteris locis privatis flumen privatam.

**Definitio ripæ.** §. 5. Ripa autem ita rectè definietur, id quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens. Cæterum si quando vel imbris, vel mari, vel qua alia ratione ad tempus excrevit, ripas non mutat. Nemo denique dixit, Nilum qui incremento suo Ægyptum operit, ripas suas mutare, vel ampliare. Nam cum ad perpetuam sui mensuram redierit,

ripæ

fait tort aura contre lui l'action *vicæ receptæ*, par laquelle il le fera condamner en dommages et intérêts.

1. Si quelqu'un laboure un chemin public, il sera condamné seul à le mettre en bon état.

**TITRE XII.**  
**DE L'INTERDIT CONCERNANT**

LES RIVIÈRES,

Portant défenses de rien faire dans les rivières publiques ou sur les rives qui porte obstacle à la navigation.

1. *Ulpien au liv. 68 sur l'Edit.*

**L'**ÉDIT du préteur est conçu ainsi: «Je défends qu'on fasse aucun ouvrage sur une rivière ou sur ses rives, ni qu'on n'y avance rien qui détériore ou qui puisse détériorer la navigation ou la rade.»

1. On distingue une rivière d'un ruisseau par sa grandeur ou par l'opinion des habitans qui demeurent auprès.

2. Il y a des rivières qui ont un cours continuuel, d'autres qu'on appelle torrens. Les rivières qui ont un cours continuuel sont celles qui coulent toujours, les torrens ne coulent que pendant l'hiver. Si cependant une rivière qui a d'ailleurs un cours continuuel venoit à se dessécher l'été, elle n'en seroit pas moins regardée comme rivière.

3. Il y a des rivières publiques et d'autres qui ne le sont pas. Cassius définit rivière publique celle qui a un cours continuuel. Ce sentiment de Cassius, qui est admis par Celse, paroît probable.

4. L'interdit dont il s'agit ici concerne les rivières publiques; il n'a pas lieu par rapport aux rivières qui appartiennent aux particuliers, parce qu'elles ne diffèrent pas des autres lieux appartenans à des particuliers.

5. On peut bien définir la rive, en disant que c'est ce qui contient la rivière quand elle est dans son cours ordinaire. Car la nature des rives ne change pas, quoique la rivière se déborde pour un temps à cause des pluies, de la marée ou de quelqu'autre raison. On ne dira pas en effet que le Nil, qui croit en certain temps jusqu'à couvrir l'Égypte, change pour cela ou augmente ses rives:

rièves : car lorsqu'il revient à sa mesure ordinaire, on doit réparer ses rives. Si cependant une rivière reçoit par la nature un accroissement qui doit toujours demeurer par la jonction d'une autre rivière, ou autrement, il est hors de doute qu'elle change de rives, comme il arriveroit si elle quittoit son lit pour couler d'un autre côté.

6. Si une île vient à se former dans une rivière publique, et qu'on y fasse quelque ouvrage, il ne sera point censé fait dans un lieu public : car cette île appartient au premier occupant, si les fonds voisins ont été concédés avec limites, ou elle appartient à celui qui a des fonds contigus ; ou si elle s'est formée au milieu de la rivière, elle appartient à ceux qui ont des possessions le long des deux rives.

7. De même si la rivière quitte son lit, et commence à couler d'un autre côté, les ouvrages qu'on feroit sur le lit abandonné n'ont aucun rapport à notre interdit : car ces ouvrages ne sont pas faits dans un lieu public, puisque le lit abandonné appartient aux voisins de chaque côté ; ou si les fonds ont été concédés avec limites, il appartient au premier occupant : ce qu'il y a de certain, c'est qu'il cesse d'être public. Le nouveau lit que la rivière s'est formé devient public, quoiqu'il appartint avant à des particuliers ; parce qu'il est impossible que le lit d'une rivière publique ne soit pas public.

8. Si on fait un canal de main d'hommes par où coule la rivière publique, ce canal devient public, et les ouvrages qu'on y feroit seroient censés faits dans une rivière publique.

9. Il n'en seroit pas de même si la rivière venoit à inonder des terres sans s'y faire un lit : car les terres ainsi couvertes d'eau ne deviennent pas publiques.

10. De même si une rivière entoure des terres, ce qui est entouré reste à celui à qui il appartenoit avant. Si on y fait quelque ouvrage, il n'est pas censé fait dans une rivière publique. Ce qui se fait dans le terrain des particuliers n'a aucun rapport à notre édit, pas même ce qui se fait dans une rivière appartenante à un particulier : car ce qui se fait dans une rivière appartenante à un particulier suit la même loi que tout ce qui se fait dans d'autres lieux appartenans à des particuliers.

*Tome VI.*

ripæ alvei ejus muniendæ sunt. Si tamen naturaliter creverit, ut perpetuum incrementum nactus sit vel alio flumine admixto, vel qua alia ratione : dubio procul dicendum est ripas quoque eum mutasse, quemadmodum si alveo mutato, aliâ cœpit currere.

§. 6. Si insula in publico flumine fuerit nata, inque ea aliquid fiat, non videtur in publico fieri : illa enim insula aut occupantis est, si limitati agri fuerunt, aut ejus cujus ripam contingit : aut si in medio alveo nata est, eorum est qui prope utrasque ripas possident.

De insula.

§. 7. Simili modo et si flumen alveum suum reliquerit, et aliâ fluente cœperit, quidquid in veteri alveo factum est, ad hoc interdictum non perinet : non enim in flumine publico factum erit, quod est utriusque vicini : aut si limitatus est ager, occupantis alveus fiet : certè desinit esse publicus. Ille etiam alveus, quem sibi flumen fecit, etsi privatus antè fuit, incipit tamen esse publicus : quia impossibile est, ut alveus fluminis publici non sit publicus.

De absc.

§. 8. Si fossa manu facta sit, perquam fluit publicum flumen, nihilominus publica fit : et idè si quid ibi fiat, in flumine publico factum videtur.

De fossa.

§. 9. Aliter, atque si flumen aliquam terram inundaverit, non alveum sibi fecerit : tunc enim non fit publicum, quod aqua opertum est.

De inundatione.

§. 10. Item si amnis aliquid circumbeat, sciendum est ejus manere cujus fuit. Si quid igitur illic factum est, non est factum in publico flumine. Nec pertinet ad hoc interdictum, si quid in privato factum sit : ne quidem si in privato flumine fiat : nam quod fit in privato flumine, perinde est, atque si in alio privato loco fiat.

De eo quod amnis circumbeat. De flumine, vel alio loco privato

De eo quod fit in aqua, vel extra aquam.

§. 11. In flumine publico factum accipere debemus, quidquid in aqua fiat : nam si quid extra factum sit, non est in flumine factum : et quod in ripa fiat, non videtur in flumine factum.

De flumine navigabili, vel non navigabili. De deterioratione.

§. 12. Non autem omne quod in flumine publico, ripave fit, coercet prætor : sed si quid fiat, quo deterior statio et navigatio fiat. Ergo hoc interdictum ad ea tantum flumina publica pertinet, quæ sunt navigabilia, ad cætera non pertinet. Sed Labeo scribit, non esse iniquum, etiam si quid in eo flumine quod navigabile non sit, fiat ut exarescat, vel aquæ cursus impediatur, utile interdictum competere, ne vis ei fiat, quominus id opus quod in alveo fluminis ripave ita factum sit, ut iter, cursus fluminis deterior sit, fiat, tollere, demoliri, purgare, restituere viri boni arbitrato possit.

§. 13. Stationem dicimus à statuendo. Is igitur locus demonstratur, ubicunque naves tuto stare possunt.

§. 14. Ait prætor : *Iterque navigiû deteriorius fiat.* Hoc pro navigatione positum est. Imò navigium solemus dicere etiam ipsam navem. Iter ergo navigio potest et sic accipi, iter navi deteriorius fiat. Navigiû appellatione etiam rates continentur : quia plerunque, et ratium usus necessarius est. Si pedestre iter impediatur, non ideo minùs iter navigio deteriorius fit.

§. 15. Deterior statio, itemque iter navigio fieri videtur, si usus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior, aut si in totum auferatur. Proinde sive derivetur aqua, ut exiguior facta minùs sit navigabilis : vel si dilatetur, aut diffusa brevem aquam faciat : vel contrà sic coangustetur, et rapidius flumen faciat, vel si quid aliud fiat quod navigationem incommodet, difficilior faciat, vel prorsus impediatur, interdicto locus erit.

43. Cet interdit est quelquefois accordé aux fonds, et quelquefois aux personnes. Celui qui est accordé aux fonds ne s'éteint point avec la personne ; celui qui est accordé aux personnes s'éteint avec elles, et ne passe pas à d'autre propriétaire du fonds, non plus qu'aux héritiers ou autres successeurs.

44. Mais celui à qui le fonds a passé peut le demander et l'obtenir. Car s'il prouve que l'eau est due à son fonds, et qu'elle a coulé

*Tome VI.*

§. 35. Si quis hieme tantum aquam solitus fuit ducere, æstate non fuit solitus, utile interdictum ei competit.

§. 36. Qui hac æstate duxit, non superiore, utile interdictum habet.

§. 37. Ait prætor, *Inter heredes et emptores, et bonorum possessores interdicam.* Hæc verba non solum ad æstivam aquam, verumetiam ad cottidianam quoque referenda esse sciendum est: nam sicuti de itinere actuque et successoribus dantur interdicta, ita hæc quoque danda prætor putavit.

*Interpretatio dictæ clause.*

§. 38. Ait prætor: *Quo ex castello illi aquam ducere ab eo cui ejus rei jus fuit, permissum est: quominus ita uti permissum est, ducat, vim fieri veto. Quandoque de opere faciendum interdictum erit, damni infecti caveri jubebo.*

*Interdictum de aqua castellaria.*

§. 39. Hoc interdictum necessariò propositum est: nam quia superiora interdicta ad eos pertinent, qui à capite ducunt, vel imposita servitute, vel quia putant impositam, æquissimum visum est, ei quoque qui ex castello ducit, interdictum dari, id est, ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit, castellum accipere.

*Et ejus interpretatio.*

§. 40. Si ex castello permissum est, dandum erit interdictum.

§. 41. Permittitur autem aquam ex castello, vel ex rivo, vel ex quo alio loco publico ducere.

§. 42. Idque à principe conceditur: alii nulli competit jus aquæ daadæ.

§. 43. Et datur interdum prædiis, interdum personis. Quod prædiis datur, extincta persona non extinguitur. Quod datur personis, cum personis amittitur: ideoque neque ad alium dominum prædiorum, neque ad heredem, vel qualemcunque successorem transit.

§. 44. Planè ei ad quem dominium transit, impetrabile est. Nam si docuerit prædiis suis aquam debitam, et si nomine

ejus fluxisse, à quo dominium ad se transiit : indubitata impetrat jus aquæ ducendæ. Nec est hoc beneficium, sed injuria, si quis fortè non impetraverit.

§. 45. Meminisse autem debemus, in hoc interdicto totam quæstionem finiri adsignationis. Non enim præparat hoc interdictum causam, ut superiora interdicta : nec ad possessionem temporariam pertinet : sed aut habet jus adsignatum sibi, aut non habet, et interdictum totum finitur.

2. Pomponius lib. 32 ad Sabinum.

De horis.

Si diurnarum aut nocturnarum horarum aqueductum habeam, non possum alia hora ducere, quàm qua jus habeam ducendi.

3. Idem lib. 34 ad Sabinum.

De causa aquæ ducendæ.

Hoc jure utimur, ut etiam non ad irrigandum, sed pecoris causa, vel amœnitatis, aqua duci possit.

Ne cui noceatur.

§. 1. Ex flumine aquam ducere plures possunt : ita tamen ut vicinis non noceant : vel si angustus amnis sit, etiam ei qui in alia ripa sit.

De mutatione alvei.

§. 2. Si aquam ex flumine publico duxeris, et flumen recesserit : non potes subsequi flumen : quia ei loco servitus imposita non sit, quamvis is locus meus sit. Sed si alluvione paulatim accesserit fundo tuo, subsequi potes : quia locus totus fluminis serviat ductioni. Sed si circumfluere cœperit mutato alveo, non potes : quia medius locus non serviat, interruptaque sit servitus.

De aqua quæ in rivo nascitur.

§. 3. Aqua quæ in rivo nascitur, tacite lucrifit ab eo qui ducit.

au nom de celui dont la propriété lui a été transmise, il peut sans difficulté obtenir le droit de conduire l'eau ; ce n'est pas même alors une grâce de le lui accorder, ce seroit une injustice de le lui refuser.

45. Il faut observer que dans cet interdit on juge au fond la question de savoir si le droit d'eau a été assigné. Car cet interdit n'est pas préparatoire comme les précédens, il n'a pas pour but seulement de faire adjuger la récréance ; mais ou la partie a un droit d'eau qui lui a été concédé et assigné, ou elle ne la pas, et cette question est entièrement terminée par cet interdit.

2. Pomponius au liv. 32 sur Sabin.

Si j'ai le droit de conduire l'eau pendant le jour ou pendant la nuit, je ne peux pas la conduire à des heures différentes de celles pour lesquelles cette servitude m'est due.

3. Le même au liv. 34 sur Sabin.

Il est reçu par l'usage qu'on peut avoir le droit de conduire l'eau non-seulement pour arroser les terres, mais encore pour abreuver les bestiaux, et même pour le simple agrément.

1. Plusieurs peuvent en même temps conduire dans leurs fonds l'eau d'un fleuve, pourvu que les voisins n'en souffrent pas, ou même ceux qui sont de l'autre côté de la rive, si le fleuve est étroit.

2. Si vous avez conduit l'eau d'un fleuve dans votre fonds, et que ce fleuve ait abandonné son lit, vous ne pouvez pas par suite tirer l'eau du fleuve dans le nouvel endroit où il passe, quoique ce nouveau lit soit également public ; parce que ce n'est pas à cet endroit où la servitude a été imposée. Mais si ce même fleuve s'accroît par alluvion de votre côté, vous pouvez par suite en conduire l'eau dans votre fonds, parce que le même endroit est assujéti dans son entier au droit que vous avez de conduire l'eau. Si cependant le fleuve change son ancien lit, et commence à l'entourer, vous ne pouvez plus conduire l'eau, parce que le lit abandonné n'est plus sujet à la servitude, laquelle par conséquent est interrompue.

3. L'eau qui prend sa source dans un ruisseau est tacitement au profit de celui qui la conduit dans son fonds.

4. Un conduit d'eau qui sert de temps immémorial est censé légitimement constitué.

5. Celui qui a le droit de conduire l'eau quotidienne peut mettre des tuyaux dans le ruisseau, ou y faire d'autres ouvrages, pourvu qu'il ne détériore pas le fonds du propriétaire, et qu'il n'intercepte pas l'eau dont ses rivaux, c'est-à-dire ceux avec qui le ruisseau est commun, ont droit de se servir.

6. Si quelqu'un a un conduit d'eau, on peut élever au-dessus un autre conduit qui traverse en forme de pont par lequel passe une eau différente, pourvu que le conduit inférieur n'en soit pas endommagé.

4. *Julien au liv. 41 du Digeste.*

J'ai cédé à Lucius-Titius le droit de conduire l'eau de ma source dans son fonds. Puis-je accorder à Mævius le droit de conduire la même eau dans le sien par le même conduit? Si vous croyez que je puisse accorder ce droit à la fois à deux personnes, comment s'arrangeront-elles pour l'usage? Je répons que de même qu'on peut accorder le droit de chemin à deux personnes conjointement ou séparément, on peut aussi leur accorder le droit de conduire l'eau. Si ces personnes ne conviennent pas entre elles de la manière dont elles en feront usage, il sera juste de leur accorder une action utile en partage: de même qu'on décide que cette action utile est accordée à plusieurs usufruitiers.

5. *Le même au liv. 4 sur Minicio.*

Dès qu'il est constant que l'usage de l'eau peut être divisé non-seulement par les saisons, mais encore par la mesure, deux personnes peuvent avoir en même temps le droit l'une de l'eau quotidienne et l'autre de l'eau d'été: de manière que l'eau sera partagée entre elles deux; et l'hiver, il n'y aura que celle à qui appartient le droit d'eau quotidienne qui pourra la conduire.

1. Deux personnes qui avoient droit de conduire l'eau dans leurs fonds par le même conduit, mais à des heures différentes, sont convenues entre elles de changer les heures de leur usage. On demande si, ayant conduit l'eau de cette manière pendant un temps plus que suffisant pour perdre la servitude par le non-usage, ces personnes sont censées avoir perdu leur droit, par la raison qu'au-

§. 4. Ductus aquæ, cujus origo memoriam excessit, jure constituti loco habetur. De ductu ante omnem memoriam.

§. 5. Is qui aquæ cottidianæ jus habet, vel fistulam in rivo ponere, vel aliud quodlibet facere potest: dummodo ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat. De fistula in rivo ponenda, vel alia re facienda.

§. 6. Si aqua ducatur, supra eam alia aqua per pontem, qui supra rivum factus sit, jure ducitur, dum inferiori rivo non noceatur. De aqua supra aquam per pontem ducenda.

4. *Julianus lib. 41 Digestorum.*

Lucio Titio ex fonte meo ut aquam duceret, cessi. Quæsitum est, an et Mævio cedere possim, ut per eundem aquæductum aquam ducat? Et si putaveris posse cedi per eundem aquæductum duobus, quemadmodum uti debeant? Respondit: Sicut iter, actus, via pluribus cedi vel simul vel separatim potest, ita aquæ ducendæ jus rectè cedetur. Sed si inter eos quibus aqua cessa est, non convenit, quemadmodum utantur, non erit iniquum, utile judicium reddi: sicut inter eos ad quos ususfructus pertinet, utile communi dividundo judicium reddi, plerisque placuit. De aquæductu duobus cesso.

5. *Idem lib. 4 ex Minicio.*

Cùm constet, non solùm temporibus, sed etiam mensuris posse aquam dividi, potest eodem tempore alius cottidianam, alius æstivam aquam ducere: ita ut æstate dividatur inter eos aqua: hieme solus ducat is qui cottidianæ jus habeat. De aqua temporibus vel mensuris divisa.

§. 1. Inter duos qui eodem rivo aquam certis horis separatim ducebant, convenit, ut permutatis inter se temporibus aqua uterentur. Quæro, cùm ampliùs tempore servitutibus præfinito ita duxissent, ut neuter eorum suo tempore usus esset, num jus utendi amisissent? Negavit, amisisse. De permutatione temporis inter duos ex eodem rivo ducentes.

6. *Neratius lib. 3 Membranarum.*Quæ dicitur  
aqua æstiva.

De interdicto de aqua æstiva, item cottidiana quærentes, primum constituendum existimabamus, quæ esset aqua æstiva, de qua proprium interdictum ad prioris æstatis tempus relatam reddi solet : hoc est, æstiva aqua utrumne ex jure æstivo duntaxat tempore utendi diceretur, an ex mente propositoque ducentis, quæ æstate eam ducendi consilium haberet, an ex natura ipsius aquæ, quod æstate tantum duci potest, an ex utilitate locorum in quæ duceretur? Placebat igitur aquam ob has duas res, naturam suam, utilitatemque locorum in quæ deducitur, propriè appellari: ita ut sive ejus natura erit, ut nisi æstate duci non possit, etiam si hieme quoque desideraretur, sive omni tempore anni duci eam ipsius natura permitteret, si utilitas locorum personis, in quam ducitur, æstate duntaxat usum ejus exigeret, æstiva rectè diceretur.

7. *Paulus lib. 5 Sententiarum.*

De cautione.

Si de via, itinere, actu, aquæductu agatur, hujusmodi cautio præstanda est, quandiu quis de jure suo doceat, non se impediturum agentem, et aquam ducentem, et iter facientem. Quod si neget *jus esse adversario agendi, aquæ ducendæ*, cavere sine præjudicio amittendæ servitutis debet, donec quæstio finiatur, non se usurum.

8. *Scævola lib. singulari ὄρων.*

De rivo faciendo

Cui per fundum iter aquæ debetur: quacunque vult in eo rivum licet faciat, dum ne aquæductum interverteret.

cune d'elles n'a usé de la servitude dans le temps qui lui avoit été prescrit? J'ai répondu qu'aucune d'elles n'avoit perdu son droit.

6. *Neratius au liv. 3 des Feuilles.*

Ayant à traiter des interdits concernant l'eau quotidienne et l'eau d'été, il nous paroît à propos de fixer d'abord ce qu'on entend par eau d'été, pour laquelle on est dans l'usage d'accorder un interdit particulier dont la formule se rapporte à l'été précédent. Entend-on par eau d'été, celle qu'on n'a droit de conduire que pendant l'été, ou faut-il s'en rapporter à l'intention de celui qui a droit de la conduire, et qui n'a dessein de la conduire que pendant l'été; ou cette qualification dépend-elle de la nature de l'eau qu'on suppose telle qu'on ne puisse la conduire que pendant l'été; ou enfin faut-il considérer l'avantage qu'en retirent les fonds dans lesquels elle est conduite? Je pensois que l'eau ne devoit tirer sa qualification propre que de deux choses, de sa nature même, et de l'avantage des fonds dans lesquels elle est conduite: en sorte qu'on ne doive appeler proprement l'eau d'été que celle dont la nature est telle qu'elle ne puisse être conduite que l'été, quand même on désireroit d'en faire usage l'hiver; ou celle qui pouvant être conduite dans toutes les saisons de l'année, n'est cependant utile que l'été aux fonds dans lesquels elle est conduite.

7. *Paul au liv. 5 des Sentences.*

Si quelqu'un intente l'action civile, par laquelle il prétend qu'il ne doit pas la servitude de chemin, de passage, de voiture ou de conduit d'eau, quoiqu'il soit en état de prouver son droit au fonds, il doit néanmoins donner caution que pendant l'instance, il n'empêchera pas son adversaire d'aller, de passer et de conduire l'eau par son fonds. Si au contraire quelqu'un prétend avoir droit de servitude de chemin ou de conduit d'eau, et que le défendeur le nie, le demandeur doit donner caution, sans craindre de perdre son droit de servitude, qu'il n'en jouira pas jusqu'à la fin de l'instance.

8. *Scævola au liv. unique ὄρων.*

Celui à qui il est dû en général un chemin par un fonds pour conduire l'eau chez lui, peut faire de ce fonds un ruisseau qui passera par tel endroit qu'il voudra, pourvu qu'il n'interrompe pas un autre conduit d'eau.

## TITRE XXI.

## TITULUS XXI.

## DE L'INTERDIT CONCERNANT

## DE RIVIS.

## LES CONDUITS D'EAU.

1. *Ulpian au liv. 70 sur l'Edit.*

L'ÉDIT du préteur est conçu en ces termes : « Je défends qu'on empêche celui qui a un droit de conduit d'eau de réparer et nettoyer ce conduit, le bassin et les tuyaux, pourvu qu'il ne conduise pas l'eau d'une manière différente de celle dont il l'a conduite l'été précédent sans violence ni clandestinité, et non à titre de précaire.

1. Cet interdit est très-utile; car si on ne permet pas à celui qui a un conduit d'eau de le réparer, il sera incommodé dans son usage.

2. Le préteur dit le conduit, les tuyaux. Le conduit est un endroit creusé dans sa longueur par où l'eau coule. On l'appelle *rivus* d'un mot grec qui signifie couler.

3. Le bassin est un lieu d'où on regarde en bas. On l'appelle *specus*; c'est de ce mot que vient celui de spectacle.

4. Les tuyaux sont ce qui est opposé à l'endroit creusé pour recevoir l'eau de la source, et qui servent à dériver et à pousser l'eau, soit qu'ils soient de bois ou de pierres ou de toute autre matière. Ils sont imaginés pour contenir et transmettre l'eau.

5. Le mot *incile* signifie un lieu creusé sur le bord du fleuve, ainsi appelé parce qu'on fait une incision : car on coupe la pierre ou la terre pour donner d'abord un passage à l'eau. Les fosses et les puits sont aussi dans le cas de cet interdit.

6. Le préteur dit ensuite, de réparer et nettoyer. Réparer, c'est rétablir en son premier état ce qui est dégradé. Sous ce mot de réparer, on comprend tout ce qui est nécessaire pour mettre le conduit en état, comme le couvrir, le soutenir par-dessous, le fortifier, le construire, aussi bien que voiturer et apporter les matériaux nécessaires.

7. Les anciens croyoient que le mot de nettoyer ne s'appliquoit qu'à un conduit en bon état, mais il est évident qu'il doit s'entendre aussi d'un conduit qui a besoin de réparation : car souvent le conduit a besoin en même temps d'être réparé et nettoyé.

8. Le préteur ajoute, pour conduire l'eau.

1. *Ulpianus lib. 70 ad Edictum.*

PRÆTOR ait : *Rivos, specus, septa reficere, purgare aquæ ducendæ causa, quominus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat, quàm uti priore ætate non vi, non clam, non precario à te duxit, vim fieri veto.*

Interdictum,

§. 1. Hoc interdictum utilissimum est : nam nisi permittatur alicui reficere, alia ratione usui incommodabitur.

Et ejus utilitas.

§. 2. Ait ergo prætor, *Rivum, specus*. Rivus est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat, cui nomen est ἀπὸ τῆς ῥίης, id est, à *fluendo*.

Definitio rivi,

§. 3. *Specus* autem est locus ex quo despicitur. Inde *spectacula* sunt dicta.

Et specus Etymologia specus.

§. 4. *Septa* sunt, quæ ad incile opponuntur, aquæ derivandæ compellendæve ex flumine causa, sive ea lignea sunt, sive lapidea, sive qualibet alia materia sint ad continendam transmittendamque aquam excogitata.

De septis,

§. 5. *Incile* est autem locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quòd incidatur : inciditur enim vel lapis vel terra, unde primùm aqua ex flumine agi possit. Sed et fossæ et putei hoc interdicto continentur.

De incili.

§. 6. Deinde ait prætor : *Reficere, purgare*. *Reficere* est, quod corruptum est in pristinum statum restaurare. Verbo *reficiendi*, tegere, substruere, sarcire, ædificare, item advehere, adportareque ea quæ ad eandem rem opus essent, continentur.

Quid sit reficere.

§. 7. *Purgandi* verbum plerique quidem putant ad eum rivum pertinere, qui integer est : et palàm est, et ad eum pertinere, qui refectione indiget : plerumque enim et refectione et purgatione indiget.

Quid sit purgare.

§. 8. *Aquæ*, inquit, *ducendæ causa*.

De aquæ ducendæ causa.

Meritò hoc additur, ut ei demum permit-  
tatur et reficere et purgare rivum, qui  
aquæ ducendæ causa id fecit.

Et jure.

§. 9. Hoc interdictum competit etiam  
ei qui jus aquæ ducendæ non habet, si  
modò aut priore ætate, aut eodem anno  
aquam duxerit, cùm sufficiat, non vi,  
non clam, non precario duxisse.

De refectioe.

§. 10. Si quis terrenum rivum signi-  
num, id est lapideum facere velit, videri  
eum non rectè hoc interdicto uti : non  
enim reficit, qui hoc facit. Et ita Ofilius  
videtur.

§. 11. Proinde etsi per alium locum  
velit ducere, impunè prohibetur. Sed etsi  
eundem rivum deprimat, vel attollat,  
aut dilatet, vel extendat, vel operiat aper-  
tum, vel contrà. Ego cæteros quidem im-  
punè prohiberi puto : at enim eum qui  
operiat apertum, vel contrà, eum non  
puto prohibendum : nisi si quam majorem  
utilitatem suam adversarius ostendat.

2. *Paulus lib. 66 ad Edictum.*

Labeo non posse ait ex aperto rivo ter-  
renum fieri : quia commodum domino soli  
auferetur appellendi pecus, vel hauriendi  
aquam. Quod sibi non placere, Pompo-  
nius ait : quia id domino magis ex occa-  
sione, quàm ex jure contingere : nisi si  
ab initio in imponenda servitute id actum  
esset.

3. *Ulpianus lib. 70 ad Edictum.*

Servius autem scribit, aliter duci  
aquam, quæ antè per specus ducta est,  
si nunc per apertum ducatur. Nam si  
operis aliquid faciat quis, quo magis  
aquam conservet vel contineat : non im-  
punè prohiberi. Ego et in specu contrà,  
si non major utilitas versetur adversarii.

§. 1. Servius et Labeo scribunt, si ri-  
vum, qui ab initio terrenus fuit, qui  
aquam non continebat, cæmentitium ve-  
lit facere, audiendum esse. Sed et si eum

C'est avec raison qu'il ajoute ces paroles,  
parce qu'on n'accorde le droit de réparer et de  
nettoyer un conduit qu'à celui qui le fait pour  
conduire l'eau.

9. Cet interdit appartient même à celui  
qui n'a pas droit de conduit d'eau, pourvu  
qu'il l'ait conduite l'été dernier ou dans l'an-  
née, puisqu'il suffit qu'il ait conduit l'eau sans  
violence ni clandestiné, et non à titre de  
précaire.

10. Si un particulier ayant un conduit  
d'eau en terre, le veut faire en cailloutage,  
c'est-à-dire en pierres, il ne peut pas se servir  
de cet interdit ; parce que ce n'est pas là  
réparer, c'est faire. Tel est le sentiment  
d'Ofilius.

11. Par conséquent, s'il veut faire passer  
le conduit par un endroit différent, on peut s'y  
opposer impunément. Il en est de même s'il  
veut baisser ou élever, élargir ou prolonger,  
couvrir ou découvrir le conduit. Pour moi, je  
pense qu'on peut s'opposer dans les premiers  
cas ; mais à l'égard de celui qui veut couvrir  
ou découvrir un conduit, je ne crois pas  
qu'on puisse l'empêcher ; à moins que l'ad-  
versaire ne prouve qu'il a un grand intérêt à  
ce que cela ne se fasse pas.

2. *Paul au liv. 66 sur l'Edit.*

Labeon dit qu'on ne peut pas couvrir un  
conduit d'eau qui étoit ouvert, parce qu'on  
ôteroit au propriétaire du fonds l'avantage  
d'y abreuver ses bestiaux ou d'y puiser de  
l'eau. Mais ce sentiment ne plait pas à Pom-  
ponius ; parce que, dit-il, si le propriétaire  
du fonds servant avoit cet avantage, c'étoit  
par occasion et non par droit ; à moins que  
la servitude n'ait été établie de cette ma-  
nière dans son principe.

3. *Ulpien au liv. 70 sur l'Edit.*

Servius a écrit que l'eau étoit conduite  
différemment, si au lieu d'être conduite  
comme auparavant par un chemin couvert,  
on la conduisoit par un chemin découvert.  
Car si on fait un ouvrage pour conserver et  
contenir d'autant plus l'eau, on peut s'y  
opposer impunément. Je pense le contraire  
par rapport au *specus*, à moins que l'ad-  
versaire n'y trouve une plus grande utilité.

1. Servius et Labeon pensent que si le  
conduit étoit originairement en pleine terre,  
et par cette raison ne gardoit pas l'eau,  
on doit admettre à le faire revêtir de pierres.

On ne doit pas non plus empêcher quelqu'un de faire en terre, en tout ou en partie, le ruisseau qui étoit auparavant en pierres. Je pense qu'on doit admettre toute réparation urgente et nécessaire.

2. Labéon pense que cet interdit sera utile si quelqu'un veut mettre un nouveau canal ou de nouveaux tuyaux dans un conduit qui n'en avoit pas. Nous estimons qu'il faut ici considérer l'avantage de celui qui conduit l'eau, en observant qu'il n'incommode pas le propriétaire du fonds servant.

3. Si l'eau est conduite dans un lac, et de ce lac dans différens fonds par plusieurs tuyaux, cet interdit sera utile à ceux qui voudront réparer le lac lui-même.

4. Cet interdit concerne tous les conduits d'eau situés ou dans un lieu public ou dans un lieu privé.

5. S'il s'agit d'un conduit d'eau chaude, cet interdit a également lieu.

6. Ariston pense qu'on a une action utile pour être admis à réparer le chapiteau par lesquels s'exhalent les vapeurs d'un bain chaud; il y aura lieu dans le même cas à un interdit utile.

7. Cet édit aura lieu entre les mêmes personnes entre lesquelles se rendent les interdits concernant l'eau dont nous avons parlé ci-dessus.

8. Si quelqu'un réparant un ouvrage, on lui fait la dénonciation d'un nouvel œuvre, on décide avec raison qu'il peut continuer sans faire aucun cas de cette dénonciation; parce que le préteur défendant qu'on s'oppose en ce cas, la dénonciation du nouvel œuvre ne peut pas faire discontinuer la réparation. Mais il n'est pas douteux qu'on peut intenter contre celui qui fait cette réparation l'action en revendication, et prétendre qu'il n'a pas le droit de la faire.

9. Il n'est pas douteux que celui qui fait cette réparation doit donner caution de réparer le dommage qui pourroit en résulter.

10. Ofilius est d'avis qu'il y a lieu à cet interdit, si on s'oppose à ce qu'on apporte et à ce qu'on voiturer les matériaux nécessaires pour la réparation. Ce sentiment est juste.

4. *Vénuléius au liv. 1 des Interdits.*

On accordera l'interdit à l'effet de faire

rivum, qui structilis fait, postea terrenum faciat, aut partem rivi: æquè non esse prohibendum. Mihi videtur urgens et necessaria refectione esse admittenda.

§. 2. Si quis novum canalem vel fistulas in rivo velit collocare, cum id nunquam habuerit: utile ei hoc interdictum futurum Labeo ait. Nos et hinc opinamur utilitatem ejus qui ducit, sine incommoditate ejus cujus ager est, spectandam.

§. 3. Si aqua in unum lacum conducatur, et inde per plures ductus ducatur, hoc interdictum utile erit volenti reficere ipsum lacum.

§. 4. Hoc interdictum ad omnes rivos pertinet, sive in publico, sive in privato sint constituti.

§. 5. Sed etsi calidæ aquæ rivus sit, de hoc reficiendo competit interdictum.

§. 6. Aristo et de cuniculo restituendo, per quem vapor trahitur in balneariis vapouribus, putat utilem actionem competere: et erit dicendum, utile interdictum ex hac causa competere.

§. 7. Iisdem autem personis, et in eisdem interdictum hoc datur, quibus et in quas et de aqua interdicta redduntur, quæ supra sunt enumerata.

§. 8. Si quis rivum reficienti opus novum nuntiat, bellè dictum est, posse contemni operis novi nuntiationem: cum enim prætor ei vim fieri vetet, absurdum est, per operis novi nuntiationem eum impediri. Pianè per in rem actionem dicendum est posse adversus eum vindicari, jus ei non esse, dubium non est.

§. 9. De damno quoque infecto cavere eum debere, minimè dubitari oportet.

§. 10. Si quis eum exportare, vehere, quæ refectioni necessaria sunt, prohibeat, hoc interdictum ei competere Ofilius putat. Quod est verum.

4. *Vénuléius lib. 1 Interdictorum.*

De rivis reficiendis ita interdicitur,

De lacu.

De loco publico, vel privato.

De aquis calidis.

De cuniculo balneario.

Quibus et in quos interdictum datur.

De operis novi nuntiatione. De actione in rem.

De damno infecto.

De exportatione et vectura.

De jure aquæ ducendo.

ut non quærat, an aquam ducere actori liceret. Non enim tam necessariam refec-tionem itinerum, quàm rivorum esse : quando, non refectis rivis, omnis usus aquæ auferetur, et homines siti necarentur. Et sanè aqua pervenire, nisi refecto rivo, non potest : at non refecto itinere, difficultas tantùm eundi agendique fieret, quæ temporibus æstivis levior esset.

admettre la partie à réparer un conduit d'eau, sans trop examiner si elle a véritablement le droit de conduit : car la réparation des conduits d'eau est bien plus nécessaire que celle des chemins, en ce que, faute de réparer les conduits d'eau, l'usage de l'eau se perd absolument et les hommes seroient exposés à mourir de soif. On ne peut en effet avoir de l'eau qu'en réparant les conduits : au lieu que le défaut de réparation des chemins ne fait que les rendre moins commodes, et cette in-commodité est encore moins considérable l'été.

## TITULUS XXII. DE FONTE.

### 1. Ulpianus lib. 70 ad Edictum.

Interdictum  
de usu.

**P**RÆTOR ait : *Uti de eo fonte quo de agitur, hoc annò aquam nec vi, nec clàm, nec precario ab illo usus es : quominùs ita utaris, vim fieri veto. De lacu, puteo, piscina, item interdicam.*

De differentia  
hujus interd. citi,  
et interdicti de  
aqua cottidiana,  
et æstiva.

§. 1. Hoc interdictum proponitur ei qui fontana aqua uti prohibetur. Servitutes enim non tantùm aquæ ducendæ esse solent, verùm etiam hauriendæ. Et sicut discretæ sunt servitutes ductus aquæ, et haustus aquæ : ita interdicta separatim redduntur.

De usu prohibito

§. 2. Hoc autem interdictum locum habet, si quis uti prohibeatur aqua, hoc est, sive haurire prohibeatur, sive etiam pecus ad aquam appellere.

De personis.

§. 3. Et eadem sunt hic dicenda, quæ ad personam attinent, quæcunque in superioribus interdictis diximus.

De cisterna,  
lacu, piscina,  
puteo. De aqua  
viva vel non viva.

§. 4. Hoc interdictum de cisterna non competit : nam cisterna non habet perpetuam causam, nec vivam aquam. Ex quo apparet in his omnibus exigendum, ut viva aqua sit. Cisternæ autem imbris concipiuntur. Denique constat interdictum cessare, si lacus, piscina, puteus vivam aquam non habeat.

De prohibito  
ire ad haustum.

§. 5. Planè si quis ire ad haustum prohibeatur,

## TITRE XXII. DE L'INTERDIT CONCERNANT LES FONTAINES.

### 1. Ulpien au liv. 70 sur l'Edit.

**L'**ÉDIT du préteur est conçu en ces termes : « Je défends qu'on vous empêche d'user de l'eau de la fontaine dont il s'agit, de la même manière dont vous en avez usé cette année sans violence ni clandestinité, ni à titre de précaire. Je donnerai un interdit semblable pour les lacs, les puits et les piscines. »

1. Cet interdit est proposé en faveur de celui qu'on empêche d'user de l'eau d'une fontaine. Car il y a des servitudes de conduit et des servitudes de puisage d'eau ; et comme ces deux servitudes sont distinctes et séparées, il y a aussi à leur égard deux interdicts différens.

2. Cet interdit aura lieu si on empêche quelqu'un de se servir de l'eau, soit qu'on l'empêche de puiser, soit qu'on l'empêche de faire approcher ses bestiaux pour les abreuver.

3. On doit observer dans cet interdit, relativement aux personnes, les mêmes règles que dans les interdicts précédens.

4. Cet interdit n'a pas lieu lorsqu'il s'agit de citernes ; parce que l'eau des citernes n'est pas vive et perpétuelle. Ainsi on voit que dans toute cette matière il s'agit d'eaux vives. Or les citernes se remplissent par les pluies. En un mot il est constant que l'interdit n'a pas lieu si l'eau du lac, de la piscine ou du puits dont il s'agit n'est pas vive.

5. Cet interdit suffira dans le cas où on empêcheroit

empêcheroit quelqu'un de se servir du chemin pour passer au puisage.

6. Le préteur ajoute ensuite : « Je défends qu'on vous empêche de réparer et nettoyer la fontaine dont il s'agit, pour que l'eau soit retenue, et que vous puissiez vous en servir de la même manière toutefois dont vous vous en êtes servi cette année sans violence ni clandestinité, et non à titre de précaire.

7. Cet interdit a la même utilité que celui qui a été proposé pour la réparation des conduits d'eau ; car s'il n'est pas permis de réparer et de nettoyer la fontaine, l'usage de l'eau deviendra nul.

8. La fontaine doit être nettoyée et réparée de manière qu'elle retienne l'eau pour qu'on puisse s'en servir de la même manière toutefois dont on s'en est servi dans l'année.

9. Retenir l'eau, c'est l'empêcher de se répandre et de se perdre ; mais on ne doit pas permettre pour cela de chercher de nouvelles eaux et de creuser de nouvelles sources : car ce seroit alors une innovation qui ne feroit pas partie de l'usage qu'on a eu l'année précédente.

10. Il y a aussi un interdit concernant la réparation et le nettoisement d'un lac, d'un puits ou d'une piscine.

11. Cet interdit sera accordé à toutes les personnes à qui on accorde l'interdit concernant l'eau d'été.

### TITRE XXIII.

## DE L'INTERDIT CONCERNANT LES ÉGOÛTS.

1. *Ulpian au liv. 71 sur l'Edit.*

**L'**ÉDIT du préteur est conçu en ces termes : « Je défends que vous empêchiez votre voisin de nettoyer et réparer l'égoût dont il s'agit, qui passe de sa maison dans la vôtre. Je lui ferai donner caution de réparer le dommage qui pourroit résulter de cette réparation. »

1. Le préteur propose sous ce titre deux interdits, l'un prohibitoire, l'autre restitutoire. Il traite d'abord de l'interdit prohibitoire.

2. Par ces interdits, le préteur veille à ce

*Tome VI.*

libeatur, æquè interdictum sufficiet.

§. 6. Deinde ait prætor : *Quominus fontem, quo de agitur, purges, reficias, ut aquam coercere utique ea possis : dum ne aliter utaris, atque uti hoc anno non vis, non clam, non precario ab illo usus es, vim fieri veto.*

Interdictum de purgatione et refectioe.

§. 7. Hoc interdictum eandem habet utilitatem, quam habet interdictum de rivis reficiendis : nisi enim purgare et reficere fontem licuerit, nullus usus ejus erit.

Utilitas interdicti.

§. 8. Purgandus autem et reficiendus est ad aquam coercendam, ut uti quis aqua possit, dummodò non aliter utatur, quàm sicuti hoc anno usus est.

De purgatione et refectioe.

§. 9. Coercere aquam est, continere sic, ne diffluat, ne dilabatur : dummodò non permittatur, cui novas quærere vel aperire : hic enim innovat aliquid præter id, quàm præcedenti anno usus est.

§. 10. Sed et de lacu, puteo, piscina reficiendis, purgandis, interdictum competit.

De lacu, puteo, piscina.

§. 11. Et omnibus personis dabitur, quibus permittitur interdictum de aqua æstiva.

De personis.

### TITULUS XXIII.

## DE CLOACIS.

1. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

**P**RÆTOR ait : *Quominus illi cloacam quæ ex ædibus ejus in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto. Damni infecti, quod operis vitio factum sit, caveri jubebo.*

Interdictum prius, quod est de cloaca privata.

§. 1. Sub hoc titulo duo interdicta prætor subjecit, unum prohibitorium, alterum restitutorium : et primum prohibitorium.

Communia utriusque interdicti.

§. 2. Curavit autem prætor per hæc in-

terdicta, ut cloacæ et purgentur et reficiantur, quorum utrumque et ad salubritatem civitatum, et ad tutelam pertinet : nam et cœlum pestilens, et ruinas minantur immunditiæ cloacarum, item si non reficiantur.

Interpretatio prioris interdicti. De cloacis publicis vel privatis. Definitio cloacæ

§. 5. Hoc autem interdictum propositum est de cloacis privatis : publicæ enim cloacæ publicam curam merentur.

§. 4. Cloaca autem est locus cavus, per quem colluvies quædam fluat.

Hoc interdictum esse prohibitorium.

§. 5. Hoc interdictum, quod primum proponitur, prohibitorium est, quo prohibetur vicinus vim facere, quod minus cloaca purgetur et reficiatur.

De tubo et fistula.

§. 6. Cloacæ appellatione et tubus et fistula continentur.

De usu violento, clandestino vel precario.

§. 7. Quia autem cloacarum refectio et purgatio ad publicam utilitatem spectare videtur, idcirco placuit non esse in interdicto addendum, *Quod non vi, non clam, non precario ab illo usus es* : ut etiam si quis talem usum habuerit, tamen non prohibeatur volens cloacam reficere vel purgare.

De ædibus, area, agro.

§. 8. Deinde ait prætor : *Quæ ex ædibus ejus in tuas pertinet. Ædes hic accipere debes pro omni ædificio, hoc est, ex ædificio ejus in tuum ædificium. Hoc amplius Labeo putabat, hoc interdicto locum esse, et si area ab utralibet parte ædium sit : et si fortè, inquit, cloaca ducta sit ex urbano ædificio in proximum agrum.*

De cloaca privata et publica.

§. 9. Idem Labeo, etiam eum qui privatam cloacam in publicam immittere velit, tuendum ne ei vis fiat. Sed et si quis velit talem cloacam facere, ut exitum habeat in publicam cloacam : non esse eum impediendum Pomponius scribit.

Interpretatio verbi pertinet.

§. 10. Quod ait prætor, *pertinet*, hoc significat, quod ex ædibus ejus in tuas pertinet : hoc est, dirigitur, extenditur, pervenit.

De vicino proximo, vel uterique.

§. 11. Et tam ad proximum vicinum hoc interdictum pertinet, quàm adversus ulteriores, per quorum ædes cloaca currit.

De pavimentis resuscitandis.

§. 12. Unde Favius Mela scribit, competere hoc interdictum, ut in vicini ædes

que les égouts soient réparés et nettoyés. L'un et l'autre sont importants pour la salubrité des villes et la conservation des édifices ; car les ordures des égouts empoisonnent l'air qu'on respire, et entraînent la ruine des édifices. Il en est de même quand les égouts ne sont pas réparés.

3. Cet interdit concerne les égouts privés : car les égouts publics appartiennent à la vigilance du ministère public.

4. Un égout est un endroit creusé par où on fait couler des ordures.

5. Cet interdit qui est proposé le premier est prohibitif, il a pour but d'empêcher que le voisin n'apporte des obstacles à la réparation et au nettoiemment des égouts.

6. Par le mot d'égout, on entend la fosse et le tuyau.

7. Comme la réparation et le nettoiemment des égouts appartient à l'utilité publique, on n'a pas cru devoir ajouter dans la formule de l'interdit : s'il n'a pas joui par violence, clandestinement, ou à titre de précaire : en sorte que celui même qui auroit joui à ces titres seroit admis, s'il le vouloit, à nettoyer et réparer l'égout.

8. Le préteur ajoute, qui passe de sa maison dans la vôtre. Par le mot de maison, il faut entendre ici toute espèce d'édifice, comme si le préteur disoit de son édifice dans le vôtre. Labéon va plus loin, il pense que cet interdit a lieu dans le cas même où il y auroit entre les deux maisons un terrain non bâti, et même dans celui où l'égout passeroit d'une maison dans un fonds voisin.

9. Le même Labéon pense qu'on ne doit pas empêcher celui qui veut faire passer son égout particulier dans l'égout public. Et Pomponius écrit qu'on ne doit pas empêcher celui qui veut disposer un égout de manière qu'il ait sa sortie sur l'égout public.

10. Le préteur dit, qui passe de sa maison dans la vôtre. Ce mot, qui passe, signifie également qui est dirigé, qui s'étend, qui vient jusqu'à votre maison.

11. Cet interdit a également lieu et contre le plus proche voisin, et contre ceux qui sont plus éloignés, et à travers des maisons desquels passe l'égout.

12. C'est ce qui fait dire à Favius-Méla, que celui qui use de cet interdit a droit d'entrer

dans la maison du voisin, et de lever les pavés qui couvrent l'égout, afin de le nettoyer. Cependant, dit ce jurisconsulte, il est à craindre qu'en ce cas on n'encoure la peine portée par la stipulation, par laquelle on s'est obligé à réparer le dommage qui pourroit résulter; mais on n'encourt pas cette peine en offrant de rétablir ce qu'on aura été obligé de démolir pour nettoyer l'égout.

13. Si, lorsque je nettoie ou répare mon égout, on me fait la dénonciation du nouvel œuvre, je peux mépriser cette dénonciation et continuer ce que j'ai commencé.

14. Mais le prêteur promet de faire donner caution à raison du dommage qui pourroit résulter du vice de l'ouvrage. Car, comme il est juste de permettre de nettoyer et réparer les égouts, il est juste aussi d'empêcher qu'on n'endommage à cette occasion la maison voisine.

15. Le prêteur ajoute : « Si on fait ou si on jette quelque chose dans un égout public qui détériore ou doit détériorer son usage, j'ordonne que les choses soient rétablies, et je défends qu'on y fasse ou qu'on y jette rien. »

16. Cet interdit regarde les égouts publics, et défend qu'on y fasse ou qu'on y jette rien qui puisse en détériorer l'usage.

## 2. *Venulcius au liv. 1 des Interdits.*

Quoique cet interdit concerne la réparation des égouts, et ne parle pas de ceux qu'on voudroit faire de nouveau, Labéon dit pourtant qu'on doit accorder un interdit portant défense d'empêcher quelqu'un de faire un égout, parce qu'il y a la même raison d'utilité : car le prêteur défend par un interdit qu'on empêche quelqu'un de faire un égout dans un lieu public. Tel est aussi le sentiment d'Ofilius et de Trébatius. Cependant Labéon pense qu'il faut se servir de la voie de l'interdit pour permettre qu'on puisse sans obstacle nettoyer et réparer un égout, mais que la permission d'en faire un nouveau doit être accordée par celui qui a la surintendance des chemins publics.

veniat, et rescindat pavimenta purgandæ cloacæ gratia. Verendum tamen esse, Pomponius scribit, ne eo casu damni infecti stipulatio committatur : sed hæc stipulatio non committitur, si paratus sit restaurare id quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa rescinderat.

§. 13. Si quis purganti mihi cloacam vel reficienti, opus novum nuntiaverit : rectissimè dicitur, contempta nuntiatione me posse reficere id quod institueram.

De operis novi nuntiatione.

§. 14. Sed et damni infecti cautionem pollicetur, si quid operis vitio factum est. Nam sicuti reficere cloacas et purgare permittendum fuit, ita dicendum ne damnum ædibus alienis detur.

De damno infecto.

§. 15. Deinde ait prætor : *Quod in cloaca publica factum, sive ea immissum habes, quo usus ejus deterior sit, fuit, restituas. Item ne quid fiat, immittaturve, interdican.*

Alterum interdictum, quod est de cloaca publica.

§. 16. Hoc interdictum ad publicas cloacas pertinet, ne quid ad cloacam immittas, neve facias quo usus deterior fit, neve fiat.

Summa.

## 2. *Venulcius lib. 1 Interdictorum.*

Quamquam de reficienda cloaca, non etiam de nova facienda hoc interdicto comprehendatur : tamen æquè interdicendum Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat : quia eadem utilitas sit : prætorem enim sic interdixisse, ne vis fieret, quominus cloacam in publico facere liceret. Idque Ofilio et Trebatio placuisse. Ipse dicendum ait, ut ne factam cloacam purgare et restituere permittendum sit per interdictum : novam verò facere is demùm concedere debeat, cui viarum publicarum cura sit.

De cloaca reficienda, vel nova facienda.

## TITULUS XXIV.

## QUOD VI, AUT CLAM.

## TITRE XXIV.

## DE L'INTERDIT CONCERNANT

## LES OUVRAGES ENTREPRIS

## Au préjudice d'autrui violemment ou clandestinement.

1. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*1. *Ulpien au liv. 71 sur l'Edit.*

Interdictum.

**P**RÆTOR ait : *Quod vi aut clam factum est, qui de re agitur, id cum experiendi potestas est, restituas.*

Summa.

§. 1. Hoc interdictum restitutorium est : et per hoc occursum est calliditati eorum qui vi aut clam quædam moliantur : jubentur enim ea restituere.

De jure faciendi.

§. 2. Et parvi refert, utrum jus habuerit faciendi an non : sive enim jus habuit, sive non, tamen tenetur interdicto, propter quod vi aut clam fecit. Tueri enim jus suum debuit, non injuriam committisci.

De exceptione juris sui.

§. 3. Denique est quæsitum, an hoc interdicto utenti exceptionem possit objicere : *Quod non jure meo receperim ?* Et magis est ne possit : nam adversus vim, vel quod clam factum est, nulla justa exceptione se tueri potest.

A. F. quæ opera pertinet hoc interdictum.

§. 4. Hoc interdictum ad ea sola opera pertinet, quæcunque in solo vi, aut clam sunt.

Quid sit vi facere.

§. 5. Quid sit vi factum, vel clam factum, videamus. Vi factum videri Quintus Mucius scripsit, si quis contra quàm prohiberetur, fecerit. Et mihi videtur plena esse Quinti Mucii definitio.

De jactu lapilli.

§. 6. Sed et si quis jactu vel minimi lapilli prohibitus facere, perseveravit facere, hunc quoque vi fecisse videri, Pedius et Pomponius scribunt : eoque jure utimur.

**L'**ÉDIT du préteur est conçu en ces termes : « J'ordonne que vous rétablissiez, dès que vous serez actionné, les ouvrages dont il s'agit, et que vous avez fait violemment ou clandestinement. »

1. Cet interdit est restitutoire ; il a pour but de réprimer la mauvaise foi de ceux qui entreprennent violemment ou clandestinement des ouvrages au préjudice d'autrui.

2. Peu importe que celui qui est actionné ait eu ou n'ait pas eu le droit de faire ces ouvrages ; il est dans tous les cas soumis à cet interdit, par la seule raison qu'il les a entrepris violemment ou clandestinement. Car il lui est bien permis de défendre son droit, mais non de faire tort à autrui de dessein prémédité.

3. On a demandé si le défendeur pourroit opposer à cet interdit l'exception fondée sur ce qu'il n'a fait qu'user de son droit en faisant l'ouvrage dont on se plaint ? Il est plus probable qu'il ne le peut pas ; parce qu'il n'y a aucune juste cause d'exception qui puisse militer en faveur de celui qui a employé la violence ou qui a eu recours à la clandestinité.

4. Cet interdit ne concerne que les ouvrages qui sont faits dans un fonds violemment ou clandestinement.

5. Voyons ce qu'on entend par les ouvrages faits violemment ou clandestinement. Quintus-Mucius définit les ouvrages faits par violence, ceux qui sont faits malgré l'opposition de quelqu'un. Cette définition me paroît très-juste.

6. Paul et Pomponius écrivent, et tel est notre usage, que celui qui continue de faire un ouvrage auquel le voisin s'est opposé en jettant dans les travaux la plus petite pierre, est censé entreprendre l'ouvrage par violence.

7. Cascellius et Trébatius pensent avec raison, qu'il en est de même s'il continue de travailler au mépris de la plainte faite devant témoins, et de la dénonciation du nouvel œuvre.

8. Ariston pense aussi que l'entreprise est violente quand l'auteur, sachant qu'il y aura opposition, emploie la violence pour empêcher que cette opposition puisse être formée.

9. Labéon dit encore que si je me suis opposé à un nouvel ouvrage, et que celui qui l'entreprendait l'ait discontinué dans l'instant en ma présence, mais qu'ensuite il ait repris l'ouvrage et l'ait continué, il est censé l'avoir fait par violence ; à moins qu'il n'ait eu depuis ma permission, ou quelqu'autre cause raisonnable.

10. Si cependant celui au préjudice duquel vous faites l'ouvrage ne s'y oppose pas, soit par faiblesse, soit parce qu'il craint de vous offenser, ou d'offenser un protecteur puissant que vous avez, vous ne serez pas censé avoir fait l'ouvrage par violence. C'est aussi ce que décide Labéon.

11. Le même jurisconsulte dit encore, que si lorsque vous veniez pour m'empêcher, quelqu'un vous en a détourné, même par la force et à main armée, mais sans aucun dol de ma part, et qu'en conséquence vous ne soyez pas arrivé pour m'empêcher, je ne serai point censé avoir fait l'ouvrage par violence :

2. *Vénuléius au liv. 2 des Interdits.*

De peur qu'il ne dépende d'un autre de rendre ma condition désavantageuse sans qu'il y ait aucun délit de ma part.

3. *Ulpien au liv. 71 sur l'Edit.*

Il n'est pas absolument nécessaire de s'opposer par soi-même. Si l'opposition est faite par un esclave ou par un fondé de procuration, elle est censée faite par le maître. Il en est de même si l'opposition est faite par mon journalier. Il ne faut pas objecter ici qu'on ne peut point ordinairement acquérir d'actions par le ministère d'une personne libre : car cette opposition sert à prouver que vous avez fait l'ouvrage par violence. Et il n'y a ici rien d'étonnant, puisque j'aurois action dans le cas même où vous auriez fait l'ouvrage clandestinement. Ainsi j'acquiers l'ac-

§. 7. Sed et si contra testationem, denuntiationemque fecerit, idem esse Cascellius et Trebatius putant : quod verum est.

De testatione et denuntiatione

§. 8. Sed et Aristo ait eum quoque vim facere, qui, cum sciret se prohiberi, per vim molitus est, ne prohiberi possit.

De eo qui per vim molitus est, ne prohiberi possit.

§. 9. Item Labeo dicit, si quem facientem prohibuero, isque destituerit in præsentiarum, rursusque postea facere cœperit, vi eum videri fecisse : nisi permissu meo facere cœperit, vel qua alia justa causa accedente.

Si prohibitus destitit, postea facere cœpit.

§. 10. Si quis tamen imbecillitate impeditur, vel etiam ne offenderet vel te, vel eum qui te magni faciebat, ideò non venerit ad prohibendum, non videbitur adversarius vi fecisse. Et ita Labeo scribit.

De eo qui imbecillitate impeditur, vel ne quem offenderet, ad prohibendum non venit.

§. 11. Idem ait, et si te volentem ad prohibendum venire, deterruerit aliquis, armis fortè, sine ullo dolo malo meo, ac propter hoc non veneris, non videri me vim fecisse :

Si extraneus volentem ad prohibendum venire deterruit.

2. *Vénuléius lib. 2 Interdictorum.*

Ne in aliena potestate, conditionem meam nihil delinquentis deteriore facere.

3. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

Prohibere autem non utique per semetipsum necesse est : sed et si quis per servum suum, vel procuratorem prohibuerit, rectè videtur prohibuisse. Idem etiam si mercenarius meus prohibuerit. Nec quem moveat, quòd per liberam personam actio adquiri non solet : nam prohibitio hæc demonstrat vi te facere. Quid mirum, cum etsi clam tu me feceris, habeam actionem ? Ergo facto magis tuo delinquentis, quam alieno adquiritur mihi actio.

De prohibitione per se vel per alium.

De vi semel  
facta.

§. 1. Illud sciendum est, non omnibus momentis vim esse faciendam : sed semel inter initia facta perseverat.

De permissione.

§. 2. Sed si permiserit, adversus eum qui utatur interdicto, exceptio erit necessaria.

§. 3. Non tantum autem si ego permiserero, sed et si procurator meus, vel tutor qui tutelam administrat, vel curator pupilli, furiosi, sive adolescentis : dicendum erit exceptioni locum fore.

§. 4. Planè si præses vel curator reipublicæ permiserit in publico facere, Nerva scribit exceptionem locum non habere : quia etsi ei locorum, inquit, publicorum procuratio data est, concessio tamen data non est. Hoc ita verum est, si non lex municipalis curatorum reipublicæ amplius concedat. Sed et si à principe, vel ab eo cui princeps hoc jus concedendi dederit, idem erit probandum.

De prætorio suscipere iudicium,

§. 5. Si quis paratus sit se iudicio defendere adversus eos qui interdicendum putant ne opus fiat, an videatur desinere vi facere? Et magis est ut desinat, si modò satis offerat, et defendere paratus est si quis agat. Et ita Sabinus scribit.

Vel cavere damni infecti.

§. 6. Sed et si quis damni infecti paratus sit cavere, cum propter hoc tantum esset prohibitus, vel quia non defendebat, vel damni infecti non repromittebat : consequens est dicere, desinere eum vi facere.

Quid sit clam facere.

§. 7. Clam facere videri Cassius scribit eum qui celavit adversarium, neque ei denuntiavit, si modò timuit ejus controversiam, aut debuit timere.

§. 8. Idem Aristo putat eum quoque clam facere, qui celandi animo habet eum quem prohibitorium se intellexerit, et id

tion plutôt par votre fait et par votre délit, que par le fait d'un autre.

§. 2. Cùm quid precariò rogatum est, non solùm interdicto uti possumus, sed et incerti conditione, id est, præscriptis verbis. De actione præscriptis verbis.

20. *Ulpianus lib. 2 Responsorum.*

Ea quæ distracta sunt, ut precariò penes emptorem essent, quoad pretium universum persolveretur: si per emptorem stetit, quò minùs persolveretur, venditorem posse consequi. De emptione et venditione.

21. *Venuleius lib. 4 Actionum.*

Cùm precariò quis rogat ut ipsi in eo fundo morari liceat, supervacuum est adjici, ipsi, suisque: nam per ipsum suis quoque permissum uti videtur. De ipso rogante et suis.

22. *Idem lib. 5 Interdictorum.*

Si is qui pro possessore possideret, precariò dominum rogaverit ut sibi retinere rem liceret, vel is qui alienam rem emisset, dominum rogaverit: apparet eos precariò possidere, nec existimandos mutare sibi causam possessionis, quibus à domino concedatur precariò possidere. Nam et si id quod possideas, alium precariò rogaveris, videri te desinere ex prima causa possidere, et incipere ex precariò habere. Et contrà si possessorem precariò rogaverit, qui rem avocare ei posset, teneri eum precariò: quoniam aliquid ad eum per hanc precarii rogationem pervenit, id est, possessio quæ aliena sit. De eo qui pro possessore possidet, vel rem alienam emit.

§. 1. Si pupillus sine tutoris auctoritate precariò rogaverit, Labeo ait habere eum De pupillo.

precariam possessionem, et hoc interdicto teneri: nam quo magis naturaliter possideretur, nullum locum esse tutoris auctoritate. Rectè que dici, *Quod precariò habes*: quia quod possideat, ex ea causa possideat, ex qua rogaverit. Nihilque novi per prætorem constituendum; quoniam, sive habeat rem, officio iudicis teneretur: sive non habeat, non teneatur.

TITULUS XXVII.  
DE ARBORIBUS CÆDENDIS.

1. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

Prius interdictum de arbore ædibus impendente.

**A**IT prætor: *Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet, si per te stat quominus eam adimas, tunc quominus illi eam arborem adimere, sibi que habere liceat, vim fieri veto.*

Quod est prohibitorium.

§. 1. Hoc interdictum prohibitorium est.

Utrum tota arbor, aut pars excindi possit.

§. 2. Si arbor ædibus alienis impendeat, utrum totam arborem jubeat prætor adimi: an verò id solum quod super excurrit, quæritur? Et Rutilius ait, à stirpe excindendam: idque plerisque videtur verius. Et nisi adimet dominus arborem, Labeo ait permitti ei cui arbor officeret, ut, si vellet, succideret eam, lignaque tolleret.

De vitibus.

§. 3. Arboris appellatione etiam vites continentur.

De domino ædium et de fructuariis.

§. 4. Non solum autem domino ædium, sed etiam ei qui usumfructum habet, competit hoc interdictum: quia et ipsius interest arborem istam non impendere.

De ædibus communibus.

§. 5. Præterea probandum est, si arbor communibus ædibus impendeat, singulos dominos habere hoc interdictum, et quidem insolidum: quia et servitutum vindicationem singuli habeant.

Interpretatio

§. 6. Ait prætor: *Si per te stat quominus*

Labéon dit qu'il a la possession précaire, et qu'il est soumis à l'interdit, parce qu'il n'est point besoin de l'autorisation du tuteur pour qu'un pupille possède naturellement. Et on peut dire à un pupille, rendez ce que vous tenez de moi à titre de précaire; parce qu'il ne possède qu'à ce titre ce qu'il a demandé. Et le préteur n'a rien de nouveau à établir en ce cas, parce que si le pupille possède la chose il sera contraint par le juge à la rendre; s'il ne l'a pas, il ne sera tenu à rien.

TITRE XXVII.  
DE L'INTERDIT PAR LEQUEL

ON EST AUTORISÉ

A couper des arbres nuisibles.

1. *Ulpien au liv. 71 sur l'Edit.*

**L'**ÉDIT du préteur est conçu ainsi: « Si un arbre s'étend de votre maison sur celle de votre voisin, et que vous ne vouliez pas l'arracher, je défends que vous vous opposiez à ce que le voisin l'arrache et le garde pour lui.

1. Cet interdit est prohibitoire.

2. Si un arbre s'étend d'une maison sur une autre, le préteur permet-il d'arracher l'arbre en entier, ou seulement de couper la partie qui passe au-dessus de l'autre maison? Rutilius dit qu'il doit être jeté bas jusqu'à la racine: c'est le sentiment le plus commun. Si le propriétaire ne veut pas le jeter bas, Labéon dit que celui à qui l'arbre nuit peut le couper et emporter le bois pour lui.

3. Sous le nom d'arbres, on comprend aussi les vignes.

4. Cet interdit appartient non-seulement au propriétaire de la maison à qui l'arbre nuit, mais encore à celui qui a l'usufruit de cette maison, parce qu'il a aussi intérêt que l'arbre ne passe pas au-dessus de la maison.

5. Il faut encore décider que si un arbre passe au-dessus d'une maison commune à plusieurs propriétaires, chaque copropriétaire peut se servir de cet interdit, et même pour le tout; parce que chacun d'eux a le droit de revendiquer les servitudes.

6. L'édit du préteur porte: « Si vous ne voulez

voulez point arracher l'arbre, je vous défends de vous opposer à ce que le voisin le jette bas. » Ainsi vous avez la faculté de le jeter bas vous-même ; si vous ne le faites pas, il vous est défendu d'empêcher votre voisin de le faire.

7. Le préteur ajoute : « A l'égard d'un arbre dont les branches s'étendent de votre terrain sur celui du voisin, si vous refusez de l'élaguer à quinze pieds de hauteur de terre, je vous défends d'empêcher le voisin de l'élaguer à cette hauteur et d'emporter le bois pour lui ».

8. Cette disposition de l'édit du préteur est conforme à une disposition de la loi des douze tables, qui veut que les arbres soient élagués jusqu'à quinze pieds de terre, de peur qu'ils ne nuisent par leur ombrage au fonds voisin.

9. Il y a une différence entre les deux chefs de cet édit, en ce qu'un arbre qui passe au-dessus d'une maison voisine doit être coupé en entier ; au lieu qu'un arbre qui s'étend sur un terrain voisin doit seulement être élagué jusqu'à la hauteur de quinze pieds de terre.

2. Pomponius au liv. 34 sur Sabin.

Si un arbre frappé d'un coup de vent penche du fonds voisin sur le votre, vous avez, en vertu de la loi des douze tables, action contre votre voisin pour le lui faire jeter bas, en soutenant qu'il n'a pas droit d'avoir un arbre dans cet état.

## TITRE XXVIII.

### DE L'INTERDIT PAR LEQUEL

#### ON EST AUTORISÉ

A ramasser le fruit qui tombe de son fonds sur celui d'un autre.

1. Ulpien au liv. 71 sur l'Édit.

L'ÉDIT du préteur est conçu ainsi : « Je vous défends d'empêcher votre voisin de ramasser dans l'espace de trois jours le gland qui tombe de son fonds sur le vôtre ».

1. Par le mot gland, on entend ici toute espèce de fruits.

Tome VI.

*minus eam adimas : quominus illi eam arborem adimere liceat, vim fieri veto.* Prius itaque tibi datur adimendi facultas : si tu non facias, tunc vicino prohibet vim fieri adimere volenti.

verborum, si per te.

§. 7. Deinde ait prætor : *Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impendit, si per te stat, quominus pedes quindecim à terra eam altius coercereas, tunc quominus illi ita coercere, lignaque sibi habere liceat, vim fieri veto.*

Arborum interdictum de arbore in agrum impendente.

§. 8. Quod ait prætor, et lex duodecim tabularum efficere voluit, ut *quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur*, et hoc idcirco effectum est, ne umbra arboris vicino prædio noceret.

Summa et ratio interdicti.

§. 9. Differentia duorum capitum interdicti hæc est : si quidem arbor ædibus impendat, succidi eam præcipitur : si verò agro impendat, tantum usque ad quindecim pedes à terra coerceri.

Differentia hujus interdicti et superioris.

2. Pomponius lib. 34 ad Sabinum.

Si arbor ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum sit : ex lege duodecim tabularum de adimenda ea rectè agere potes, *jus ei non esse ita arborem habere.*

De arbore vento inclinata.

## TITULUS XXVIII.

### DE GLANDE LEGENDA.

1. Ulpianus lib. 71 ad Edictum.

AIT prætor : *Glandem quæ ex illius agro in tuum cadat, quominus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto.*

Interdictum.

§. 1. Glandis nomine omnes fructus continentur.

De nomine glandis.

TITULUS XXIX.  
DE HOMINE LIBERO  
EXHIBENDO.

TITRE XXIX.  
DE L'INTERDIT A L'EFFET  
DE FAIRE

Représenter un homme libre.

1. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

Interdictum, **A**IT prætor : *Quem liberum dolo malo retines, exhibeas.*

Et ejus ratio.

§. 1. Hoc interdictum proponitur tuendæ libertatis causa : videlicet, ne homines liberi retineantur à quoquam.

2. *Venuleius lib. 4 Interdictorum.*

Nihil enim multum à specie servientium differunt, quibus facultas non datur recedendi.

3. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

De lege Favia.

Quod et lex Favia prospexit, neque hoc interdictum aufert legis Faviæ executionem : nam et hoc interdicto agi poterit, et nihilominus accusatio legis Faviæ institui : et versa vice, qui egit Favia, poterit nihilominus etiam hoc interdictum habere, præsertim cum alius interdictum, alius Faviæ actionem habere possit.

De potestate, sexu, jure ejus, qui retinetur, et de pluribus retentis.

§. 1. Hæc verba, *quem liberum*, ad omnem liberum pertinent, sive pubes sit, sive impubes, sive masculus, sive fœmina, sive unus, sive plures : sive sui juris sit, sive alieni. Hoc enim tantum spectamus, an liber sit.

Si retinens habeat in potestate

§. 2. Is tamen qui in potestate habet, hoc interdicto non tenebitur : quia dolo malo non videtur habere, qui suo jure utitur.

De redempto ab hostibus.

§. 3. Si quis eum, quem ab hostibus redemit, retineat, in ea causa est, ut interdicto non teneatur : non enim dolo malo facit. Planè si offertur pretium, interdictum locum habet. Sed et si eum remisit pretio non accepto, dicendum

1. *Ulpien au liv. 71 sur l'Edit.*

**L'**ÉDIT du préteur est conçu ainsi : « J'ordonne que vous représentiez la personne libre que vous retenez de mauvaise foi ».

1. Cet interdit a été proposé pour la conservation de la liberté, et afin qu'aucun ne pût retenir une personne libre.

2. *Vénuléius au liv. 4 des Interdits.*

En effet, il y a peu de différence entre un esclave et une personne libre qu'on retient, et à qui on ne laisse pas la faculté de sortir.

3. *Ulpien au liv. 71 sur l'Edit.*

La loi Favia a aussi des dispositions sur cette matière, et l'interdit dont nous parlons n'exclut pas le recours à la loi Favia : car on peut se servir de cet interdit, et néanmoins intenter l'accusation criminelle en vertu de la loi Favia ; réciproquement si on a commencé par la procédure en exécution de la loi Favia, on peut avoir recours à cet interdit, d'autant plus que cet interdit et l'action de la loi Favia peuvent appartenir à deux personnes différentes.

1. Ces termes de l'édit, la personne libre que vous retenez, s'entendent de toute personne libre, pubère ou impubère, d'un sexe ou de l'autre, d'une seule personne ou de plusieurs, de ceux qui sont leurs maîtres, ou de ceux qui sont sous la puissance d'autrui. Il suffit que la personne dont il s'agit soit libre.

2. Cependant cet interdit n'auroit pas lieu contre celui qui retiendroit une personne libre soumise à sa puissance ; parce qu'il n'y a pas de mauvaise foi de sa part, puisqu'il use de son droit.

3. Celui qui retient un prisonnier dont il a payé la rançon aux ennemis, n'est pas dans le cas de cet interdit ; parce qu'il n'est pas de mauvaise foi. Mais si on lui offre le prix de la rançon, l'interdit auroit lieu contre lui. Si même il l'a renvoyé sans recevoir de prix,

et qu'ensuite il veuille le retenir, il sera soumis à l'interdit.

4. Si un père retient un fils qui n'est pas sous sa puissance, il est ordinairement hors du soupçon de mauvaise foi ; parce que l'affection naturelle qu'il lui porte ne permet pas de soupçonner de mauvaise foi de sa part : il en est autrement si la mauvaise foi est évidente. Il faut donc dire la même chose de celui qui retiendrait son affranchi, son élève, ou un esclave encore impubère, abandonné pour tenir lieu du dommage qu'il a causé. Et en général celui qui a une juste cause de retenir un homme libre n'est point présumé être de mauvaise foi.

5. Si quelqu'un retient une personne libre de son consentement, il n'est point présumé être de mauvaise foi. Que seroit-ce cependant s'il retenoit une personne libre, à la vérité de son consentement, mais parce qu'il l'auroit abusée par finesse, ou qu'il l'auroit séduite et sollicitée sans avoir de raisons probables pour la retenir ? On diroit avec raison qu'il est de mauvaise foi.

6. Celui qui ignore qu'il y a chez lui une personne libre n'est pas de mauvaise foi. Mais il commence à être de mauvaise foi quand il en a connoissance, et qu'il la retient.

7. Mais si celui dans la possession duquel est cette personne est incertain si elle est libre ou son esclave, et qu'il intente à son égard un procès en question d'état, notre interdit n'aura plus lieu, il faut laisser décider l'instance pendante sur la liberté. Car on a décidé avec raison que cet interdit n'auroit lieu que vis-à-vis d'une personne dont l'état de liberté seroit constant. Mais si la question d'état est formée, on ne doit pas, à l'aide de cet interdit, faire un préjugé pour une autre cause.

8. L'édit du préteur porte, que vous représentiez. Représenter une personne, c'est la faire paroître en public, et mettre les autres à portée de la voir et de la toucher. *Exhibere* signifie proprement, ne pas avoir en secret.

9. Cet interdit est ouvert à tout le monde ; parce que tout le monde doit être admis à favoriser la liberté.

10. On peut cependant en connoissance de cause refuser cet interdit à des personnes

est *interdicto locum fore, si posteaquam semel remisit, velit retinere.*

§. 4. Si eum quis retineat filium, quem non habet in potestate, plerumque sine dolo malo facere videbitur : pietas enim genuina efficit sine dolo malo retineri : nisi si evidens dolus malus intercedat. Proinde et si libertum suum, vel alium, vel noxæ deditum adhuc impubèrem, idem erit dicendum. Et generaliter, qui justam causam habet hominis liberi apud se retinendi, non videtur dolo malo facere.

De justa causa retineandi.

§. 5. Si quis volentem retineat, non videtur dolo malo retinere. Sed quid si volentem quidem retineat, non tamen sine calliditate circumventum, vel seductum, vel sollicitatum, neque bona vel probabili ratione hoc facit ? Rectè dicetur dolo malo retinere.

Si volens retineatur.

§. 6. Is qui nescit apud se esse hominem liberum, dolo malo caret : sed ubi certioratus retinet, dolo malo non caret.

De ignorantia et certioratione.

§. 7. Planè, si dubitat utrum liber an servus sit, vel facit status controversiam, recedendum erit ab hoc interdicto, et agenda causa libertatis. Etenim rectè placuit tunc demum hoc interdictum locum habere, quotiens quis pro certo liber est. Cæterum si quæretur de statu, non oportet præjudicium fieri alienæ cognitioni.

Si dubitetur de statu.

§. 8. Ait prætor, *exhibeas*. Exhibere est, in publicum producere, et videndi tangendique hominis facultatem præbere : Propriè autem *exhibere* est, extra secretum habere.

Quid sit exhibere.

§. 9. Hoc interdictum omnibus competit : nemo enim prohibendus est libertati favere.

Quibus competit hoc interdictum.

§. 10. Planè ex causa suspectæ personæ removendæ sunt, si fortè talis persona

sit, quam verisimile est colludere, vel calumniari.

§. 11. Sed et si mulier, vel pupillus hoc interdictum desiderent, pro cognato, vel parente; vel affine suo solliciti, dandum esse eis interdictum, dicendum est: nam et publico iudicio reos facere possunt, dum suas suorumque injurias exsequuntur.

§. 12. Si tamen plures sunt qui experiri volent, eligendus est à prætore, ad quem maximè res pertinet, vel is qui idoneor est: et est optimum ex conjunctione, ex fide, ex dignitate actorem hoc interdicto eligendum.

§. 13. Si tamen, posteaquàm hoc interdicto actum est, alius hoc interdicto agere desideret: palam erit, postea alii non facile dandum, nisi si de perfidia prioris potuerit aliquid dici. Itaque causa cognita amplius quàm semel interdictum hoc erit movendum. Nam nec in publicis iudiciis permittitur amplius agi, quàm semel actum est, quàm si prævaricationis fuerit damnatus prior accusator. Si tamen reus condemnatus malit litis æstimationem sufferre, quàm hominem exhibere: non est iniquum sæpius in eum interdicto experiri, vel eidem sine exceptione, vel alii.

De absente. §. 14. Hoc interdictum et in absentem esse rogandum Labeo scribit: sed si non defendatur, in bona ejus eundum ait.

De tempore interdicti. §. 15. Hoc interdictum perpetuum est.

De dolo malo. 4. *Venuleius lib. 4 Interdictorum.* Si quis liberum hominem ignorantem suorum statum retineat: tamen si dolo malo retinet, cogitur exhibere.

De bona fide. §. 1. Trebatius quoque ait, non teneri eum qui liberum hominem pro servo bona fide emerit, et retineat.

De tempore. §. 2. Nullo tempore dolo malo retineri homo liber debet: adeo ut quidam puta-

suspectes, et qui paroïtroient agir par collusion ou sans aucun fondement.

11. Si une femme ou un pupille veulent se servir de cet interdit pour favoriser un parent, un ascendant ou un allié, on doit les admettre: car l'accusation leur est permise dans les instances criminelles, quand ils poursuivent la vengeance de leur injure particulière, ou de celle qui est faite à leurs parens.

12. Cependant s'il se présente plusieurs personnes pour se servir de cet interdit, le préteur doit choisir entre elles celle qui a un plus grand intérêt, qui est plus propre à suivre l'affaire: ce choix doit être réglé, sur les liaisons, la probité, la dignité de ceux qui se présentent.

13. Si après qu'une personne s'est servie de cet interdit, une autre demande encore à s'en servir, il est clair qu'on ne doit pas le lui accorder facilement, à moins qu'on ne puisse prouver que la première personne ne s'est pas conduite avec bonne foi. Ainsi cet interdit pourra être exercé plusieurs fois en connoissance de cause. Car, dans les instances criminelles, il n'est point permis de revenir sur une accusation, à moins que le premier accusateur n'ait été convaincu d'avoir prévarié en se laissant gagner. Cependant si le défendeur aimoit mieux payer la condamnation que de représenter la personne libre, il ne seroit point injuste d'accorder souvent contre lui le même interdit, ou à la même personne contre laquelle il ne pourroit point opposer l'exception de la chose jugée, ou à une autre.

14. On peut obtenir cet interdit, suivant Labéon, même contre un absent. Si personne ne se présente pour le défendre, on doit saisir ses biens.

15. Cet interdit est perpétuel.

4. *Venuleius au liv. 4 des Interdits.*

Celui qui retient un homme libre, lequel ignore son état, est néanmoins forcé de le représenter s'il le retient de mauvaise foi.

1. Trebatius pense que cet interdit n'a pas lieu contre celui qui a acheté de bonne foi un homme libre pour un esclave, et qui le retient.

2. Un homme libre ne doit être retenu dans aucun temps par mauvaise foi. C'est

ce qui a fait dire à quelqu'un qu'on ne devoit pas accorder le moindre délai à celui qui est obligé de le représenter, parce qu'il subit la peine d'un fait passé.

3. Cet interdit n'est point donné à un créancier à l'effet de se faire représenter son débiteur. Personne n'est obligé de représenter un débiteur qui s'est caché chez lui ; mais on saisit ses biens en vertu de l'édit du préteur.

TITRE XXX.

DE L'INTERDIT PAR LEQUEL

LES PARENS SONT AUTORISÉS

A se faire représenter, et à conduire chez eux leurs enfans détenus par autrui.

1. *Ulpian au liv. 71 sur l'Édit.*

L'ÉDIT du préteur est conçu ainsi : « J'ordonne que vous représentiez à Lucius-Titius son enfant de l'un ou de l'autre sexe, lequel est sous sa puissance, et que vous gardez chez vous, ou que vous avez cessé de garder par mauvaise foi ».

1. Cet interdit est proposé contre celui à qui un père veut faire représenter un enfant qu'il dit être sous sa puissance. Et on voit par les termes de l'édit qu'il appartient à celui sous la puissance duquel est l'enfant.

2. Dans cet interdit, le préteur ne fait point attention, comme dans l'interdit ci-dessus, à la cause pour laquelle cet enfant se trouve en la possession d'autrui, mais il a voulu que l'enfant fût rendu dans tous les cas, supposez qu'il soit sous la puissance du demandeur.

3. Mais si l'enfant est gardé par sa mère, et qu'il s'agisse d'un cas où il soit plus avantageux que l'enfant soit dans les mains de sa mère plutôt que dans celles de son père, c'est-à-dire si la cause est très-juste, l'empereur Antonin a décidé par un décret, et l'empereur Marc-Sévère par un rescrit, qu'on devoit donner à la mère une exception contre la demande du père.

4. De même s'il a été jugé que l'enfant n'étoit point sous la puissance de quelqu'un, quoique ce jugement soit injuste, si celui vis-à-vis duquel il a été rendu veut intenter

verint, nec modicum tempus ad eum exhibendum dandum, quoniam præteriti facti poena præstanda est.

§. 3. Creditori non competit interdictum, ut debitor exhiberetur. Nec enim debitorem latitantem exhibere quisquam cogitur : sed in bona ejus ex edicto prætoris itur.

De creditore et debitore.

TITULUS XXX.

DE LIBERIS EXHIBENDIS,

ITEM DUCENDIS.

1. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

AIT prætor, Qui quæve in potestate Lucii Titii est, si is eam apud te est, dolove malo tuo factum est, quominus apud te esset, ita eum eamve exhibeas.

Interdictum de liberis exhibendis.

§. 1. Hoc interdictum proponitur adversus eum quem quis exhibere desiderat eum quem in potestate sua esse dicit. Et ex verbis apparet, ei cujus in potestate est, hoc interdictum competere.

Cui et in quem competit.

§. 2. In hoc interdicto prætor non admittit causam, cur apud eum sit is qui exhiberi debet, quemadmodum in superiore interdicto : sed omnimodo restituendum putavit, si in potestate est.

De causa retinendi.

§. 3. Si verò mater sit, quæ retinet, apud quam interdum magis quam apud patrem morari filium debere, ex justissima scilicet causa, et divus Pius decrevit, et à Marco Severo rescriptum est : æquè subveniendum ei erit per exceptionem.

De matre.

§. 4. Pari modo si judicatum fuerit, non esse eum in potestate : etsi per injuriam judicatum sit, agenti hoc interdicto obijcienda erit exceptio rei judicatæ : ne

De exceptione rei judicatæ.

de hoc quæretur, an sit in potestate, sed an sit iudicatum?

De nupta.

§. 5. Si quis filiam suam, quæ mihi nupta sit, velit abducere, vel exhiberi sibi desideret: an adversus interdictum exceptio danda sit, si fortè pater concordans matrimonium, fortè et liberis subnixum, velit dissolvere? Et certo jure utimur, ne bene concordantia matrimonia jure patriæ potestatis turbentur. Quod tamen sic erit adhibendum, ut patri persuadeatur, ne acerbè patriam potestatem exerceat.

2. *Hermogenianus lib. 6 juris Epitomarum.*

Imò magis de uxore exhibenda, ac ducenda pater, etiam qui filiam in potestate habet, à marito rectè convenitur.

3. *Ulpianus lib. 71 ad Edictum.*

Interdictum de liberis ducendis. Deinde ait prætor: *Si Lucius Titius in potestate Lucii Titii est: quominus eum Lucio Titio ducere liceat, vim fieri veto.*

Collatio hujus interdicti, et superiorum.

§. 1. Superiora interdicta exhibitoria sunt: hoc est, pertinent ad exhibitionem liberorum, cæterorumque, de quibus supra diximus. Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem, ut ducere quis possit eos in quos habet jus ductionis. Itaque prius interdictum, quod est de liberis exhibendis, præparatorium est hujus interdicti: quo magis enim quis duci possit, exhibendus fait.

Quibus ex causis

§. 2. Ex iisdem causis hoc interdictum tribuendum est, ex quibus causis de exhibendis liberis competere diximus. Itaque quæcunque ibi diximus, eadem hic quoque dicta accipienda sunt.

Et adversus quos hoc interdictum competit

§. 3. Hoc autem interdictum competit non adversus ipsum filium quem quis ducere vult: sed utique esse debet is qui eum interdicto defendat. Cæterum cessat interdictum, et succedere poterit notio prætoris, ut apud eum disceptetur,

cet interdit, on lui opposera l'exception de la chose jugée: de manière qu'il ne sera plus question de savoir si l'enfant est sous sa puissance, mais seulement s'il y a eu un jugement qui ait prononcé le contraire.

5. Si un père veut emmener ou se faire représenter sa fille, que j'ai épousée, ne pourrai-je point opposer une exception à l'interdit dont il se servira contre moi; il peut arriver, par exemple, qu'un père veuille rompre un mariage bien uni, et dont il y a des enfans? Il est très-certain dans notre usage qu'on ne doit pas souffrir qu'un père, en vertu de sa puissance paternelle, trouble des mariages bien unis. Cependant il faut prendre la précaution d'engager le père par la voie de la persuasion à ne point exercer son droit de puissance paternelle à la rigueur.

2. *Hermogénien au liv. 6 de l'Abrégé du droit.*

Un mari est au contraire bien mieux fondé à se faire représenter par son beau-père et à emmener chez lui sa femme, quoiqu'elle soit sous la puissance de son père.

3. *Ulpien au liv. 71 sur l'Edit.*

Le préteur ajoute: « Si Lucius-Titius est sous la puissance de Lucius-Titius, je vous défends d'empêcher ce dernier de conduire son fils chez lui. »

1. Les édits dont nous avons parlé ci-dessus sont exhibitoires, c'est-à-dire qu'ils ont pour objet de faire représenter les enfans et les autres dont il a été fait mention. Cet interdit a pour objet d'autoriser à conduire chez soi la personne sur laquelle on a ce droit. Ainsi le premier interdit est préparatoire du second, qui autorise à conduire chez soi la personne qu'on s'est fait représenter.

2. Cet interdit est fondé sur les mêmes raisons que celui qui a été introduit pour se faire représenter des enfans. Ainsi on doit appliquer ici tout ce que nous avons dit plus haut.

3. Cet interdit n'est point donné contre l'enfant lui-même qu'on veut conduire chez soi; il faut qu'il se présente quelqu'un qui veuille le défendre contre l'interdit. Si l'enfant soutient qu'il n'est point dans la possession d'autrui et qu'il veuille se défendre,

l'interdit n'a plus lieu, mais le préteur connoitra par lui-même des prétentions du père et de l'enfant, et on discutera devant lui la question de savoir si l'enfant est ou n'est pas sous la puissance paternelle.

4. Julien dit que dans le cas où l'interdit ou l'instance devant le préteur au sujet d'un enfant qu'on veut conduire chez soi, ont pour objet un enfant impubère, il y a des cas où cette question est différée jusqu'au temps de la puberté, et d'autres où elle doit être jugée sans différer. C'est ce qui se décide par la qualité des personnes entre lesquelles s'élève cette contestation, et par les circonstances de la cause. Car si celui qui se dit père de l'enfant est d'une dignité, d'une sagesse, d'une probité reconnues, il gardera l'enfant impubère chez lui jusqu'à la fin de la contestation. Si au contraire celui qui forme le procès est de bas lieu, de mauvaise foi, ou de mauvaise conduite, le préteur doit juger la cause sans différer. De même, si celui qui nie que l'impubère est sous la puissance d'un autre est un homme d'une probité reconnue, par exemple si c'est le tuteur de cet enfant, nommé par testament ou donné par le préteur, qui a soin du pupille et le garde pendant tout le procès, et que celui qui se dit père de l'enfant soit suspect de calomnie, il ne faudra pas différer le jugement. Si les deux parties sont également suspectes, ou à cause de leur basse naissance ou à cause de leur mauvaise réputation, il sera à propos, dit Julien, de nommer une personne chez laquelle l'enfant soit élevé en attendant, et de différer le jugement jusqu'à la puberté; de peur que par la collusion des deux parties, ou l'ignorance de l'une d'elles dans les moyens de prouver sa prétention, il n'arrive ou qu'un enfant qui est père de famille soit déclaré être sous la puissance d'autrui, ou qu'un enfant qui est sous la puissance d'autrui soit déclaré père de famille.

5. Il y a des cas où, quoiqu'un père prouve parfaitement qu'un enfant est sous sa puissance, la mère sera pourtant en connoissance de cause autorisée par préférence à le garder. Cela a été décidé par plusieurs décrets de l'empereur Antonin : car il a jugé en faveur d'une mère qu'elle garderoit son fils,

utrùm quis in potestate sit, an non sit.

§. 4. Julianus ait: Quotiens id interdictum movetur de filio ducendo, vel cognitio, et is de quo agitur, impubes est: aliàs differri oportere rem in tempus pubertatis, aliàs repræsentari. Idque ex persona eorum inter quos controversia erit, et ex genere causæ constituendum est. Nam si is qui se patrem dicit, auctoritatis, prudentiæ, fidei exploratæ esset: usque in diem litis impuberem apud se habebit: is verò qui controversiam facit, humilis, calumniator, notæ nequitæ, repræsentanda cognitio est. Item si is qui impuberem negat in aliena potestate esse, vir omnibus modis probatus, tutor vel testamento, vel à prætore datus, pupillum quem in diem litis apud se habuit, tuetur: is verò qui patrem se dicit, si suspectus est quasi calumniator: differri litem non oportebit. Si verò utraq; persona suspecta est, aut tanquàm infirma, aut tanquàm turpis: non erit alienum, inquit, disponi, apud quem interim puer educaretur, et controversiam in tempus pubertatis differri: ne per collusionem vel imperitiam alterutrius contententium, aut alienæ potestati paterfamilias addicatur, aut filius alienus patrisfamilias loco constituatur.

De impubere.

§. 5. Etiam si maximè autem probet filium pater in sua potestate esse: tamen, causa cognita, mater in retinendo eo potior erit: idque decretis divi Pii quibusdam continetur: obtinuit enim mater, ob nequitiam patris, ut sine deminutione patriæ potestatis apud eam filius moretur.

De matre.

De fœmina, prætextato, et eo qui proximè prætextati ætatem accedit.

§. 6. In hoc interdicto, donec res iudicetur, fœminam, prætextatam, eumque, qui proximè prætextati ætatem accedet, interim apud matremfamilias deponi prætor jubet. Proximè ætatem prætextati accedere eum dicimus, qui puberem ætatem nunc ingressus est. Cum audis matremfamilias, accipe notæ auctoritatis fœminam.

4. *Africanus lib. 4 Quæstionum.*

De hereditate.

Si eum qui se patrefamilias dicat, ego in mea potestate esse, et jussu meo adisse hereditatem dicam, tam de hereditate agi oportere, quàm ad interdictum de filio ducendo iri debere ait.

5. *Venuleius lib. 4 Interdictorum.*

Si filius sponte apud aliquem est

Si filius sua sponte apud aliquem est, inutile hoc interdictum erit: quia filius magis apud se, quàm apud eum est, in quem interdicetur: cum liberam facultatem abeundi, vel remanendi haberet: nisi si inter duos qui se patres dicerent, controversia esset, et alter ab altero exhiberi eum desideraret.

TITULUS XXXI.  
DE UTRUBI.

1. *Ulpianus lib. 72 ad Edictum.*

Interdictum.

**P**RÆTOR ait: *Utrubi hic homo, quo de agitur, majore parte hujusce anni fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto.*

Collatio hujus interdicti, et uti possidetis.

§. 1. Hoc interdictum de possessione rerum mobilium locum habet. Sed obtinuit vim ejus exæquatam fuisse uti possidetis interdicto, quod de rerum soli competit: ut is et in hoc interdicto vincat, qui nec vi, nec clam, nec precario, dum super hoc ab adversario inquietatur, possessionem habet.

sans préjudice de la puissance paternelle réservée au père, qui étoit un homme sans conduite.

6. Dans cet interdit, en attendant que la contestation soit terminée, le préteur ordonne qu'une fille ou un enfant qui porte la robe prétexte, ou qui est encore dans un âge peu éloigné du temps où on porte cette robe, soit confiée à la garde d'une mère de famille. Un enfant est prêt de l'âge de la robe prétexte lorsqu'il ne fait qu'entrer dans l'âge de puberté. On entend ici par mère de famille une femme d'une sagesse reconnue.

4. *Africain au liv. 4 des Questions.*

Si je soutiens qu'un particulier qui se prétend père de famille est mon fils sous ma puissance, et que c'est par mon ordre qu'il a accepté une succession, je dois et former la demande de l'hérédité, et me servir de l'interdit, qui m'autorisera à conduire mon fils chez moi.

5. *Vénuléius au liv. 4 des Interdits.*

Si un fils est volontairement en la possession d'autrui, cet interdit est inutile; parce qu'on peut dire que ce fils est en sa possession, plutôt qu'en celle de celui contre lequel on intenteroit l'interdit, puisque ce fils a la liberté de sortir ou de rester; à moins qu'il n'y eût contestation entre deux personnes sur la paternité, et que l'une exigeât de l'autre que l'enfant lui fût représenté.

TITRE XXXI.

DE L'INTERDIT UTRUBI.

1. *Ulpien au liv. 72 sur l'Edit.*

**L'**ÉDIT du préteur est conçu ainsi: « Je défends qu'on empêche quelqu'un de conduire et emmener un esclave de l'endroit où il se trouve dans celui où il a demeuré la plus grande partie de l'année.»

1. Cet interdit a lieu pour la possession des choses mobilières. Mais on en est venu à égaliser ses effets à ceux de l'interdit *uti possidetis*, qui a lieu pour la possession des immeubles: en sorte que dans le cas dont il s'agit ici la récréance est accordée à celui qui a possédé l'esclave sans violence, sans clandestinité et non à titre de précaire, jusqu'à ce qu'il ait été troublé dans sa possession par son adversaire.

## TITRE XXXII.

## DE L'INTERDIT CONCERNANT

LES LOCATAIRES SORTANT.

1. *Ulpian au liv. 73 sur l'Édit.*

L'ÉDIT du préteur est conçu ainsi : « Je vous défends d'empêcher votre locataire de faire sortir et d'emmener avec lui de la maison qu'il occupe de vous l'esclave dont il s'agit, si cet esclave n'est pas du nombre des choses qui, suivant la convention entre vous et votre locataire, devoient vous tenir lieu de gage pour la sûreté de vos loyers, lesquelles auroient été transportées dans votre maison, qu'elles y seroient nées, ou qu'elles y auroient été faites. S'il est du nombre de ces choses, je vous défends encore d'empêcher votre locataire de l'emmener avec lui en sortant de la maison, pourvu qu'il vous ait payé son loyer ou qu'il vous ait satisfait à cet égard, ou qu'il ne tienne qu'à vous de recevoir votre paiement. »

1. Cet interdit est accordé au locataire qui veut déménager après avoir payé son loyer. Il n'a pas lieu en faveur d'un fermier.

2. Le locataire peut aussi se servir de la voie extraordinaire; ce qui fait que cet interdit n'est point d'un fréquent usage.

3. Cependant cet interdit peut être exercé utilement par celui qui a une habitation gratuite.

4. Si le loyer n'est pas encore échu, Labéon décide que le locataire ne peut pas se servir de cet interdit, à moins qu'il n'offre de payer le loyer. Ainsi, s'il a payé une moitié d'année et qu'il doive l'autre, il ne pourra pas se servir de cet interdit, à moins qu'il ne paye cette autre moitié. On suppose ici qu'il y a eu une convention lors de la location de la maison, portant que le locataire ne pourra pas sortir avant l'année ou avant un certain terme. Il en est de même si un locataire a pris une maison à bail pour plusieurs années, et que le terme ne soit pas encore expiré : car les effets étant affectés et obligés pour la sûreté du paiement de tout le bail, il s'ensuit qu'on ne peut se servir de l'interdit que lorsque ces effets sont libérés.

Tome VI.

## TITULUS XXXII.

## DE MIGRANDO.

1. *Ulpianus lib. 73 ad Edictum.*

PRÆTOR ait: *Si is homo quo de agitur, non est ex his rebus de quibus inter te, et actorem convenit, ut quæ in eam habitationem qua de agitur, introducta, importata, ibi nata, factive essent: ea pignori tibi pro mercede ejus habitationis essent, sive ex his rebus esset ea merces tibi soluta, eove nomine satisfactum est, aut per te stat quominus solvatur: ita quominus ei qui cum pignoris nomine induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto.*

Interdictum.

§. 1. Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare. Nam colone non competit.

De inquilino et colono.

§. 2. Cui rei etiam extra ordinem subveniri potest: ergo infrequens est hoc interdictum.

De casu illo extraordinario. De usu interdicti.

§. 3. Si tamen gratuitam quis habitationem habeat, hoc interdictum utile ei competit.

De habitatione gratuita.

§. 4. Si pensio nondum debeatur, ait Labeo interdictum hoc cessare: nisi paratus sit eam pensionem solvere. Proinde si semestrem solvit, sexmenstris debetur: inutiliter interdicet, nisi solverit et sequentis sexmenstris. Ita tamen, si conventio specialis facta est in conductione domus, ut non liceat ante finitum annum, vel certum tempus migrare. Idem est, et si quis in plures annos conduxerit, et nondum præterierit tempus: nam cum in universam conductionem pignora sunt obligata, consequens erit dicere interdicto locum non fore, nisi liberata fuerint.

Si pensio nondum debeatur.

De rebus quæ  
sunt in bonis in-  
quilini, vel non,  
pignoris vel  
non.

§. 5. Illud notandum est, prætorem hic non exegisse, ut in bonis fuerit conductoris, nec ut esset pignori res illata : sed si pignoris nomine inducta sit. Proinde etsi aliena sint, et sint talia quæ pignoris nomine teneri non poterint, pignoris tamen nomine introducta sint, interdicto hoc locus erit. Quòd si nec pignoris nomine inducta sint : nec retineri poterunt à locatore.

De tempore in-  
terdicti De suc-  
cessoribus.

§. 6. Hoc interdictum perpetuum est, et in successores et successoribus dabitur.

De rebus quæ  
non sunt in qui-  
lini.

2. *Gaius lib. 26 ad Edictum provinciale.*  
Hoc interdictum inquilino etiam de his rebus quæ non ipsius sunt, sed forè commodatæ ei, vel locatæ, vel apud eum depositæ sunt, utile esse non dubitatur.

## TITULUS XXXIII. DE SALVIANO INTERDICTO.

1. *Julianus lib. 49 Digestorum.*

De partu an-  
cille venditæ.

**S**I colonus ancillam in fundo pignoris nomine duxerit, et eam vendiderit : quod apud emptorem ex ea natum est, ejus adprehendendi gratia utile interdictum reddi oportet.

De fundo com-  
muni.

§. 1. Si colonus res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, ita ut utrique insolitum obligata essent : singuli adversus extraneum Salviano interdicto rectè experientur : inter ipsos verò si reddatur hoc interdictum, possidentis conditio melior erit. At si id actum fuerit, ut pro partibus res obligaretur : utilis actio et adversus extraneos, et inter ipsos dari debet, per quam dimidias partes possessionis singuli adprehendent.

De re commu-  
ni inducta.

§. 2. Idem servari conveniet, et si colonus rem quam cum alio communem habebat, pignoris nomine induxerit : scilicet ut pro parte dimidia, pignoris per-

5. Il faut remarquer que le prêteur n'exige point ici que les effets appartiennent au locataire, ni qu'ils aient été expressément donnés en gage, il suffit qu'ils aient été apportés dans la maison à titre de gage. Ainsi cet interdit aura lieu pour retenir des effets même appartenans à autrui, ou qui seroient de nature à ne pouvoir pas être pris en gage, pourvu qu'ils aient été introduits dans la maison pour tenir lieu de gage. Mais s'ils n'y ont pas été apportés dans cette intention, ils ne pourront pas être retenus par celui qui a donné la maison à loyer.

6. Cet interdit est perpétuel, et il est donné pour et contre les héritiers.

2. *Gaius au liv. 26 sur l'Edit provincial.*

Il n'y a pas de doute que cet interdit ne soit propre au locataire, même à l'égard des effets qui ne lui appartiennent pas, par exemple des choses qui lui ont été prêtées, louées ou déposées.

## TITRE XXXIII. DE L'INTERDIT SALVIEN.

1. *Julien au liv. 49 du Digeste.*

**S**I un fermier a fait entrer dans un fonds une fille esclave pour tenir lieu de gage, et qu'ensuite il l'a vendue, on doit accorder un interdit utile, à l'effet de faire acquérir la possession d'un enfant qui sera né de cette fille chez l'acheteur.

1. Si un fermier apporte des effets dans un fonds appartenant en commun à deux propriétaires, avec la clause que ces effets leur seroient affectés et obligés solidairement, chacun d'eux peut se servir utilement de l'interdit Salvien contre un tiers possesseur. Mais si cet interdit est rendu entre eux, la cause de celui qui sera en possession sera la plus favorable. Si au contraire on est convenu que ces effets seroient affectés et obligés à chacun d'eux par moitié, ils auront action et contre les tiers possesseurs, et l'un contre l'autre pour acquérir chacun la moitié de la possession.

1. Il convient de décider la même chose dans le cas où un fermier auroit porté dans la ferme à titre de gage, un effet qui étoit commun entre lui et un autre ; le proprié-

taire ne pourra poursuivre la possession du gage que pour moitié.

2. *Ulpian au liv. 70 sur l'Edit.*

Dans le cas de l'interdit Salvien, si des effets ont été portés à titre de gage dans un fonds appartenant en commun à deux propriétaires, celui qui sera en possession sera préféré à l'autre pour la récréance, sauf à eux à se pourvoir par l'action Servienne.

secutio detur.

2. *Ulpianus lib. 70 ad Edictum.*

In Salviano interdicto, si in fundum communem duorum pignora sint ab aliquo invecta, possessor vincet: et erit eis descendendum ad Servianum iudicium.

De fundo communi.

## DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER QUADRAGESIMUSQUARTUS.

### DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE QUARANTE-QUATRIÈME.

#### TITRE PREMIER.

##### DES EXCEPTIONS,

##### DES PRESCRIPTIONS ET DES PRÉJUGÉS.

1. *Ulpian au liv. 4 sur l'Edit.*

**C**ELUI qui oppose une exception ou fin de non-recevoir est en quelque façon censé agir: car le défendeur en se servant d'une exception devient demandeur.

2. *Le même au liv. 74 sur l'Edit.*

L'exception a été ainsi appelée comme étant une espèce d'exclusion, de fin de non-recevoir qu'on oppose pendant l'instance à la demande formée contre soi, à l'effet de détruire l'intention du demandeur et d'éviter la condamnation.

1. Les répliques ne sont autre chose que des exceptions qui sont proposées par le demandeur; elles sont nécessaires pour détruire l'effet des exceptions ordinaires: car on oppose toujours la réplique dans l'intention d'attaquer une exception.

2. Il faut remarquer que toute exception et toute réplique a pour but de faire débouter la partie; l'exception frappe contre le demandeur, la réplique contre le défendeur.

#### TITULUS PRIMUS.

##### DE EXCEPTIONIBUS,

##### PRÆSCRIPTIONIBUS ET PRÆJUDICIIS.

1. *Ulpianus lib. 4 ad Edictum.*

**A**GERE etiam is videtur, qui exceptione utitur: nam reus in exceptione actor est.

Eam, qui excepit, agere.

2. *Idem lib. 74 ad Edictum.*

Exceptio dicta est quasi quædam exclusio, quæ inter opponi actioni cujusque rei solet ad excludendum id quod in intentionem condemnationemve deductum est.

Definitio exceptionis.

§. 1. Replicationes nihil aliud sunt, quam exceptiones, et à parte actoris veniunt: quæ quidem idèò necessariæ sunt, ut exceptiones excludant: semper enim replicatio idcirco objicitur, ut exceptio nem oppugnet.

De replicatione.

§. 2. Illud tenendum est, omnem exceptionem vel replicationem exclusoriam esse: exceptio actorem excludit, replicatio reum.

De vi excludendi.